0 0021 0032966 9

Library of
Central Baptist Theological Seminary

Classification Accession

Gift
Purchase
Date

REFERENCE BOOK

0 0021 0032966 9

REFERENCE BOOK

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

I

GENESIS

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

AD CODICUM FIDEM

IUSSU

PII PP. XI

CURA ET STUDIO

MONACHORUM SANCTI BENEDICTI

COMMISSIONIS PONTIFICIAE A PIO PP. X INSTITUTAE SODALIUM

PRAESIDE

AIDANO GASQUET S. R. E. CARDINALE

EDITA

LIBRUM GENESIS

EX INTERPRETATIONE SANCTI HIERONYMI

CUM PROLOGIS VARIISQUE CAPITULORUM SERIEBUS

ADIECTIS PROLEGOMENIS

RECENSUIT

D. HENRICUS QUENTIN

MONACHUS SOLESMENSIS

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXXVI

1926

LIBRARY
CENTRAL BAPTIST SEMINARY
KANSAS CITY 2, KANSAS

R
220.47
B582
G249

PIO PP. XI

PONTIFICI MAXIMO

QUAM DIVINORUM LIBRORUM

VULGATAM LATINAM EDITIONEM

PATRES CONCILII TRIDENTINI

AD FIDEM VETUSTISSIMORUM EXEMPLARIUM

EMENDATISSIME FORE DECREVERE

EAMQUE PONTIFICES ROMANI

IN AEDIBUS S. CALISTI PERFICIENDAM CURARUNT

S. BENEDICTI ALUMNI AD TANTUM OPUS VOCATI

PRAESIDE EMO CARDINALI AIDANO GASQUET O. S. B.

DEO OPTIMO MAXIMO

GRATIAS REFERENTES

DEVOTI GRATI SANCTITATI SUAE

LIBRUM GENESEOS

D. D. D.

N15812

IN HOC PRIMO SS. BIBLIORUM VOLUMINE REPERIES LECTOR

PAG.

Prolegomena XI

Totius divinae Bibliothecae Prologos 1

I. *Epistolam LIII S. Hieronymi ad Paulinum presbyterum* . . 3
II. *Excerpta e libro VI Etymologiarum S. Isidori* 38
III. *Duplicem prologum Alcuini abbatis* 44
IV. *Prologum Theodulphi episcopi* 52

S. Hieronymi presbyteri praefationem in Pentateuchum 61
Capitula sive titulos aut breves libri Genesis 71

I. *Capiiula ex antiquis versionibus desumpta* 75
II. *Capitula ex textu Vulgato desumpta* 102

GENESIM 135

Orthographica 391

ERRATA CORRIGE

QUAE IN TEXTU NOSTRO GENESIS IRREPSERUNT:

16, 14,	*pro*	proptera	*lege*	propterea.
24, 68,	»	in tabernaculo	»	in tabernaculum.
26, 19,	»	repererunt	»	reppererunt.
30, 25,	»	et revertar	»	ut revertar.
34, 9,	»	connubia	»	conubia.

PROLEGOMENA

Vetus ac vulgata divinarum Scripturarum editio quam longo saeculorum usu in Ecclesia probatam, Sacra Synodus Tridentina authenticam declaravit, libris constat partim ex sancti Hieronymi interpretatione vel emendatione susceptis, partim ex antiquiori latina editione retentis, quos innumerabilium paene codicum traditio nobis servavit.

Saeculo iam sexto decimo, Summis Pontificibus Pio IV et Pio V in votis fuit « veterem ac vulgatam hanc editionem a mendis librariorum, necnon pravarum emendationum repurgatam, suae pristinae integritati ac puritati quantum fieri poterat restituere ». Inde, virorum doctissimorum ope curata fuit celebris illa Bibliorum Sacrorum editio Sixti V Pont. Max. nomine insignita, et Clementis VIII auctoritate, anno Domini MDXCII *pervulgata, quae, in Ecclesia, ab omnibus tanquam publicum divinarum Litterarum instrumentum adhibetur.*

Cum vero, aetate nostra studiis criticis historicisque apprime dedita, codices Bibliorum magis ac magis innotuerint, Papa Pius X, venerandae recordationis, prudentissime censuit rem se facturum summae utilitatis, si editionem Vulgatae Bibliorum latinae versionis fieri iuberet ad artis criticae leges confectam, apparatu variarum lectionum adornatam, omnibusque numeris absolutam, non quidem ut eius textus in libris eccle-

siasticis subito invalesceret, sed ad adipiscendam pleniorem clarioremque hieronymianae interpretationis notitiam, et ut votis satisfieret eruditorum.

Inde ortum habuit Commissio Pontificia Vulgatae versioni Bibliorum emendandae praeposita, quam s. m. Pius X e Monachis Benedictinis unice constare voluit, cuique, postquam ei normas motu proprio dedit b. m. Benedictus XV, summa benevolentia insignique munificentia usque hodie favet Summus Pontifex Pius XI, laborum eius ab initio testis aestimatorque peritissimus. Huic collegio iam ab anno salutis MCMVII, *quo institutum fuit, praeest Eminentissimus doctissimusque Cardinalis Franciscus Aidanus Gasquet, tum Congregationis Anglo-Benedictinae Praeses, nunc vero S. R. E. Bibliothecarius et Archivista, eiusque sodales ita indefesso labore codicum perquisitioni et collationi studuerunt, ut post decem et octo annorum spatium, quod quidem tantae molis operi perficiendo breve reputandum est, variae lectiones collectae fuerint amplius quam centum codicum quorum, magnam partem, imagines lucis opera expressae fuerunt et Romae in aedibus transtiberinis sancti Calisti accurate servantur.*

Perfectis itaque praeviis studiis, inter varios Commissionis Pontificiae socios partitum est onus recensendi textum singulorum librorum, atque iussus sum Octateuchum, consociatis sodalium optimorum curis, in lucem edere. Quo in munere exercendo, a normis quas veras esse mihi persuasi, quasque nuper in mea Commentatione de constituendo Vulgatae textu (Mémoire sur l'établissement du texte de la Vulgate, Rome, 1922) *exposui, minime deflectendum putavi.*

Archetypum igitur codicum nostrorum restituere imprimis curavi, eumque tam religiose expressi, ut nullum adsit in textu verbum quod Marte meo contra leges elegerim. Ea tantummodo loca quae in archetypo certo certius mendosa fuisse compertum est corrigenda duxi, sed ubique, adpositis signis, de mutatis verbis, te, lector, monitum volui.

Codices vero qui, ex plurimis quos vidimus, retenti fuerunt ad constituendum libri Genesis textum ii sunt, de quibus hic non repetenda duximus quae apud Sam. Berger summae utilitatis opus, Histoire de la Vulgate (Paris, 1893), *aliosque invenire est:*

G Codex Parisinus, inter latinos noviter adquisitos N° 2334, *saeculi* VI *exeuntis, vel potius* VII, *foliorum 142 (37×32), binis columnis linearum 28, 29 vel 30 scriptus, litteris uncialibus. Liber est decem et novem magnis*

eximiisque picturis adornatus. Fuit olim ecclesiae cathedralis sancti Gatiani Turonensis, deinde Bibliothecae civitatis, e qua, anno 1842, furto sublatus a G. Libri, falsaque originis nota auctus, in Angliam, ad museum Ashburnianum migravit. Comprobata autem vera codicis origine, comes Ashburnham tandem, anno 1888, eum a Bibliotheca Nationali Parisiensi redimi permisit. Inde fit ut sub vocabulis Pentateuchi Turonensis *et* Pentateuchi Ashburnham *ab eruditis indifferenter citetur. Temporis hominumque iniuriis multa passus est codex perinsignis; plures enim in fine quaterniones amisit, et, ex iis qui hodie servantur, folia 80 perierunt, picturaeque circiter 44. Antiquam vero esse iacturae saltem partem aliquam ex hoc comprobatur quod iam saeculo IX refecta fuerint folia 13, et ipsa litteris uncialibus scripta, a librario qui in corpore codicis multa insuper correxit vel addidit.*

Inc. *fol. 2.*

In hoc corpore conti ·
nentur · libri quinque idest
bresith · quam nos genesim dicimus ·
hellesmoth qui exodus appellatur
valecra · id est leviticus
vaieddabber quem numeros vocamus
elladdabbarim qui · deutheron
prenuntiamus

fol. 3. Genesis; fol 49^{v} in fine Genesis: Contuli ut potui *additum, ut videtur, prima manu; fol. 51, Capitula libri Exodi:* Iacob introibit in Aegyptum; *fol. 91, Leviticus; fol. 115, post Leviticum, prima manu iterum, ut videtur:* contuli ut potui; *fol. 115^{v}, Capitula libri Numerorum:* Numerus filiorum Israel; *fol. 116^{v} post titulum libri Numerorum, addidit G. Libri falsarius notam:* μον. κρῦπτοφέρρ.; *fol. 141^{v} in verbis* et haec lex *(Num. 36, 6) desinit textus biblicus; fol. 142 pars capitulorum libri Deuteronomii:* LXXI, maledictum dicit; *fol. 142^{v} in fine quaternionis vigesimi sexti, post titulum libri Deuteronomii, explicit codex. Librum totum contuli Parisiis anno 1910.*

De origine picturarum Pentateuchi Turonensis multa scripta sunt, e quibus ea praesertim notanda sunt quae Sam. Berger (Histoire de la Vulgate, p. 11) *et W. Neuss* (Die Katalanische Bibelillustration, Bonn 1922, p. 59) *edisseruerunt. Plura in picturis apparent quae ad Africam septentrionalem spectant, inde ambo viri docti codicem Hispania meri-*

dionali oriundum putaverunt; mihi autem visum est res africanas tam perfecte in picturis delineari ut necesse fuerit pictorem ea prae oculis habuisse et inter ea vixisse, unde pro africana codicis origine me ferre non dubitavi. Aliunde certum est typum a quo pendet codex noster hispanicae traditioni praefuisse.

G^c *E foliis quae perierunt in codice G, tredecim ut diximus, a librario saeculi IX suppleta sunt, qui insuper multa in corpore codicis correxit, sed maiori quam debuisset audacia.*

C Codex abbatiae Cavensis 14 (1), *saeculi IX, foliorum 300 seu potius 303 (32×26), ternis columnis linearum 54 scriptus, wisigothicis litteris, subtilissimis, nitidissimisque. Qui codicem transcripsit,* Danila scriptor, *nomen suum libro Ezechielis praemisit: cetera de codicis origine ignoramus.*

Inc. *fol. 2, sine titulo, neque praefatione, neque capitulis, liber Genesis; fol. 14, Exodus; fol. 24, Leviticus; fol. 30^v, Numeri; fol. 39^v, Deuteronomium; fol. 46^v,* Explicit liber deuteronomium. Incipit prefatio sancti iheronimi de insequentibus libris. Sic tandem finita pentateuco mose ...; *fol. 47, Iosue; fol. 51^v, Iudices; fol. 56^v, Ruth. Sequuntur utriusque Testamenti libri e quibus ille qui Baruch inscribitur, iuxta antiquam versionem inseritur; psalterium vero bis datur, mozarabicum, ut videtur, in corpore, et iuxta hebraicam veritatem in fine codicis. Pentateuchum et libros Iosue et Iudicum usque ad cap. III pro nobis benigne contulit D. Leo Mattei-Cerasoli, monachus Cavensis, cetera D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.*

Codicis Cavensis orthographia singularissima est, praesertim in adhibenda littera h, *eademque omittenda; adsunt praeterea in eo formae antiquae ut* formonsus, thensaurus, prodeesse etc.; *sed haec omnia de antiquiori archetypo non fluxisse quasi certum est, nam eaedem formae adhibentur in notis marginalibus textui Apostoli adpositis, quae ipsius librarii esse manifestum est.*

L^1 Codex ecclesiae collegialis Sancti Isidori Legionensis *qui* Gothicus *dicitur, anno 960, foll. 517 (47×34), binis columnis linearum 51 scriptus, litteris wisigothicis. Biblia continet liber insignis, multis barbarisque picturis ornatus, eiusque librarius, Sanctio presbyter, de seipso in variis inscriptionibus mentionem fecit, quarum prima, ff. 10 et 11, Genesi prae-*

mittitur, binaque disticha refert quae etiam in prologo Theodulphi Aurelianensis leguntur (vv. 141-144):

Hec tuba terribilis mugit per competa mundi
Mittit terrigenum ad celica regna genus.
Hic paradisigeno veniens de gurgite potus,
Quem quo plus quis adit, plus sitit omne bonum.

Quisquis anelanter
hic lecturus accesseris,
pro me sanctio presbitero
orare dignes forsan
devitis caream et ad om
nium redemtorem sine con
fusione perveniam. Amen.

Incipit Genesis folio 13v, post praefationem Desiderii mei *et capitula:* De die primo; *fol. 32, capitula libri Exodi:* De infantibus hebreorum; *fol. 49v, capitula libri Levitici:* Locutus est Dominus ad Moysen; *fol. 60, capitula libri Numeri:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 73v, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est; *fol. 87v capitula libri Iosue:* Promittit Dominus Iosue, *post quae:* Prefatio sancti iheronimi de insequentibus libris sic. Tandem finita pentatheuco Moysi ...; *fol. 97, capitula libri Iudicum:* Iudas igitur dux belli; *fol. 107v, liber Ruth.*

Alia reperitur inscriptio in fine libri Apocalypsis (ff. 515v-516) quae partim de antiquiori libro transcripta videtur:

Conscribtus est hic codex a notario sanctioni presbitero XIII Kalendas iulias era DCCCCLXVIII A. Obtinente glorioso ac serenissimo principe ordonio oveto sublimis apicem regni. Consulque eius fredenando gundesalbiz ęgregius comes in castella comitatui gerenti.

Obsecro te quisquis es lector ut dum horum proęlia agonistarum huius recensendo uoluminis hucusque adtigeris portum mis quoque sanctii miserrimi apud hos eosdem supplex sis intercessor et ipse sanctę manipulos retributionis tui a domino consequaris laboris · quia qui pro quemlibet orat se ipsum deo commendat.

Item

Scribenti xp̄s uos nempe orantes coronam inplodat legentibusque bone sermonis dulcedine farsciat simulque scribenti ac legenti ęternę uite ditet remunerando sue extremi die aminiculo suo iubante sine culpa exibeat simulque sanctis coniungat · amen · et peregrini f̄. o karissimi memento.

Refertae sunt margines huius codicis, praeterquam in libro Ruth, testimoniis de antiquioribus latinis versionibus desumptis, frequenterque, sed non pleniter, cum Pentateucho Lugdunensi fragmentisque Wirceburgensibus concordantibus; sigla iis praemittuntur LXX *aut* GR *et, pro geminatis textibus:* T *vel* AL; *quae omnia editoris adhuc curis indigent. Octateuchum codicis Legionensis contulit D. Adrianus Coughlin, monachus Woolhamptoniensis. Collatione vero saeculo XVI confecta, et ab episcopo legionensi Francisco Trugillo Romam missa, ubi in Bibliotheca Vaticana inter codices latinos asservatur sub numero 4859, non usi sumus.*

Λ^H Codex II-III Academiae Historiae Matritensis, *saeculi XII* (non vero saeculi X, ut erronee impressum est infra, p. 137), *foll. 362 et 351 (49×35) binis columnis linearum 40 scripti, litteris francigenis. Biblia integra sunt picturis pluribus ornata. Librarius codicis Λ^H codicem Λ^L certissime non transcripsit, sed uterque fontem communem habuit, et inde notas marginales ambo sumpserunt quas communes cum codice Vallis Venariae habent, eademque capitula. Addit insuper codex Λ^H praefationem generalem Bibliorum:* Frater Ambrosius. *Pentateuchum contulit Emus Cardinalis Gasquet, libros vero Iosue, Iudicum et Ruth b. mem. D. Gregorius Campeis, monachus Prataleensis.*

X Codex 31 Universitatis Centralis Matritensis, *saeculi X (notam exhibet anni 927), foll. 339 (49×36), tribus et aliquoties quattuor columnis, linearum 64-66 scriptus, litteris wisigothicis. Biblia integra continet. Inc. fol. 1,* Beati Isidori incipit praefatio totius bibliotece. Vetus testamentum ideo dicitur ...; *fol. 3, liber Genesis; fol. 15^v, capitula libri Exodi:* Ingressio Iacob in egiptum; *fol. 36^v, prologus libri Levitici:* In levitico continetur, *et capitula eiusdem libri:* De hostiis bobum vel obium; *fol. 45, prologus libri Numeri:* In numeris vero egresse de egypto, *et capitula eiusdem libri:* Discriptio populi a viginti annis; *fol. 56, capitula libri Deuteronomii:* Explanatio legis a moyse; *fol. 66,* Incipit prefatio beati iheronimi in libris ihesu nabe et iudicum. In sequentibus libris tandem fuit pentateucum moysi; *fol. 66^v capitula libri Iosue:* De duobus exploratoribus et raab; *fol. 73, capitula libri Iudicum:* Ubi loquitur angelus ad plebem; *fol. 80^v prologus libri Ruth:* Liber ruth eiusdem moabitidis. *Sequitur liber Ruth, iuxta versionem antiquam in cuius capite legitur:* O lector, si vis liquidius storiam ruth intelligere, in finem huius

bibliotece inquire et plus quam emendata repperies. *Adest reapse Vulgatus libri textus in fine codicis, fol. 339.*

Margines codicis Complutensis numerosissimas praebent nominum hebraicorum interpretationes, plures quoque liturgicas adnotationes, et aliquas notulas lingua arabica scriptas. Fuit olim Cardinalis Ximenes qui folia deperdita (sc. 44, 47, 48, 197 et 338) instaurare fecit, litteris antiquis tam fideliter expressis, ut facile lector in errorem induci posset. Pauca vero ex eo pro sua editione polyglotta Bibliorum desumpsit. Codicis Complutensis Octateuchum pro nobis benigne contulerunt Reverendae Moniales monasterii S. Scholasticae de Maredret O. S. B. et D. Gaetanus Fornari, monachus Casinensis.

Codex 531 A Abbatiae Casinensis, *saeculi x, foll. 199 (36×27),* Πc
binis columnis linearum 31, litteris casinensibus seu beneventanis scriptus. Octateuchum continuit cuius textus in libro Iudicum, cap. 21, 13, hodie desinit his verbis: miseruntque nuntios ad filios beniamin qui erant ... *Incipit vero liber a praefatione S. Hieronymi in Pentateuchum:* Desiderii mei *quam sequuntur, fol. 2, capitula libri Genesis:* De die primo; *fol. 85, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *fol. 147, capitula libri Levitici:* Locutus est Dominus; *fol. 190, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 253, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est; *fol. 315,* Incipit prologus in libro Iosue beati hieronymi presbyteri. Tandem finito pentateucho mosi ...; *capitula libri Iosue:* Promittit Dominus iosue; *fol. 357, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli. *Codicem contulerunt D. Maurus Inguanez, monachus Casinensis et D. Petrus Blanchard, monachus Solesmensis.*

Codex 520 B Abbatiae Casinensis, *saeculi XI: fol. 334 (47×27),* Πd
binis columnis linearum 33, litteris casinensibus scriptus, sub regimine abbatis Desiderii. Liber litteris initialibus miniatis deauratisque decoratur et summo studio exaratus est. Eadem ac Casinensis 531 continet, addito libro Ruth. Eum pro nobis contulit D. Andreas Cabassut, monachus Farnburgensis.

Codex Toletanus 2. 1 (Vitr. 4) Bibliothecae Nationalis Matritensis, *sae-* Στ
culi x, ff. 375 (44×33), ternis columnis linearum 63, 64 et 65 scriptus, litteris wisigothicis. Hispali confici coepit liber iste Bibliorum iussu Servandi presbyteri, qui Bastigitanae ecclesiae factus episcopus, eum Iohanni

sodali suo reliquit. Cum vero et ipse Iohannes Carthaginensi prius et dein Cordubensi ecclesiae praefectus fuisset, codicem compte perfectum Hispalensi sedi dono contulit, anno Domini DCCCCLXXXVIII, *ut patet ex sequenti nota in fine codicis, fol. 375^{v}, descripta:*

In nm̃e dn̄i salvatoris
nostri ihesu christi auctor
possessorque huius libri
in quo vetus novumque
omne sacrum testamentum
continetur servandus
dive memorie fuit.
Qui enimvero natus
eruditusque in beata
spalensis sede postea
catedram bastigitane
meruit tenere.
A quo inclito viro con
cessus est hic codex
iohanni sodali intimoque
suo. Qui etiam postea
quam in hanc eximiorem
sedem spalensis nutritus
et a patruo suo beate
memorie stefano sapien
tissimo loculentissimoque
asidonensis æpiscopo eruditus
ac sacerdotii ordine dedi
*ca*tus. ad cartagi*n*em
sedem missus est aepiscopus
Et item *in*de translatus
cordube magne regieque
sedis presul electus
Ex qua sede egregie
*in*colomis corpore
ac mente; decrevit
hunc codicem compte
perfectum; dn̄o deo
offerre in suprafata
spalensis sede penes
memoriam sancte semperque
virginis marie.

Decimo kl̄ds ianuarias
era millesima XXVIa
cum tali *dic*ione (*ut*) *nullus*
clerico*rum* *a*ud*eat*
hunc codicem *auferre*
aut mutare *ab hac*
suprafata sede *et*
si quis quod absit
fecerit sit a deo et
angelis *suis* sanctisque
om*nibus* condemnatus

Cum vero nota ista ipsius librarii sit qui in corpore libri titulos praefationesque scripsit, totus codex saeculo decimo certe adscribendus est.

Incipit acephalus fol. 1, multiplicamini et replete aquas maris *(Genes. 1, 22); fol. 15, capitula libri Exodi:* De rege qui opprimebat; *fol. 26, capitula libri Levitici:* De decem generibus oblationum; *fol. 33^{v}, capitula libri Numerorum:* Precepit dominus moysi; *fol. 44^{v}, capitula libri Deuteronomii:* De gestis que moyses recolet; *fol. 55,* Incipit prefatio beati iheronimi. Tandem finita pentatheuco moysi; *sequuntur capitula libri Iosue:* De verbis Dei ad iosue; *fol. 62, capitula libri Iudicum:* De iude et simeonis tribu; *fol. 69^{v}, liber Ruth.*

Codex Toletanus aliquando additiones ex antiqua versione desumptas praebet, in marginibus vero notulas lingua arabica scriptas. Saepe quoque lacunis laborat quarum multae per homoeoteleuton acciderunt; ex eis facile apparet librum antiquiorem, a quo descriptus est, lineas habuisse quindecim circiter litterarum et unciali caractere exaratum fuisse. Eius Octateuchum pro nobis benigne contulerunt Reverendae moniales abbatiae S. Scholasticae de Maredret O. S. B., D. Adrianus Coughlin monachus Woolhamptoniensis et D. Gaetanus Fornari Casinensis. Collatione vero Christophori Palomares, Romam saeculo XVI missa, hodieque in Bibliotheca Vaticana inter codices latinos servata, sub numero 9508, non usi sumus.

Codex 485 Musei Archaeologici Matritensis, *saeculi XII, foll. 347* Σ^{o}
(53 × 36), binis columnis linearum 50 scriptus, litteris francigenis. Biblia continet et fuit olim capituli ecclesiae cathedralis Oscensis, ut patet ex multis documentis in libro insertis.

Inc. fol. 5, praefatio sancti Hieronymi: Desiderii mei, *quam sequuntur capitula libri Genesis:* De lucis exordio; *fol. 17^{v}, capitula libri Exodi:* De rege qui opprimebat; *fol. 27^{v}, capitula libri Levitici:* De decem generibus oblationum; *fol. 34^{v}, capitula libri Numerorum:* Precepit dominus moysi; *fol. 44^{v},* item capitula in prescripto libro numeri prenotata: De nominibus principum et numeris tribuum; *fol. 45, capitula libri Deuteronomii:* De gestis quę moises; *fol. 54,* Incipit prologus beati iheronimi in iosue. Sic tandem finita pentateuco moysi; *sequuntur capitula libri Iosue:* De verbis dei ad iosue; *fol. 60^{v}, capitula libri Iudicum:* De iudę et simeonis tribu; *fol. 67, liber Ruth.*

Codicis Oscensis Octateuchum contulerunt Emus Cardinalis Aidanus Gasquet et D. Adrianus Coughlin monachus Woolhamptoniensis.

Σ^{M} Codex A. 2 Bibliothecae Nationalis Matritensis, *saeculi XI, foll. 194 (55×38), ternis columnis linearum 60 scriptus, litteris wisigothicis. Bibliorum partem priorem tantum continet, a Genesi ad Ecclesiasticum. Fuit olim monasterii S. Ioannis Penensis iuxta civitatem Caesaraugustanam.*

Inc. fol. 1, Genealogia patriarcharum; fol. 4, prologus sancti Hieronymi in Pentateuchum: Desideri mei; *fol. 4, capitula libri Genesis:* De lucis exordio; *fol. 17, capitula libri Exodi:* De rege qui opprimebat; *fol. 28, capitula libri Levitici:* De decem generibus oblationum; *fol. 36, capitula libri Numerorum:* Precepit dominus moisi; *fol. 47ᵛ, capitula libri Deuteronomii:* De gestis que moises recolit; *fol. 58, capitula libri Iosue:* De verbis dei ad iosue; *et sequitur praefatio:* Incipit prefatio beati iheronimi in libro iosue. Tandem finito penthateuco moisi; *fol. 65, capitula libri Iudicum:* De iude et simeonis tribu; *fol. 72ᵛ, liber Ruth.*

Octateuchum huius codicis contulit Rm̃us D. Laurentius Salvi, Abbas Ordinarius monasterii Sublacensis.

B Codex Seminarii maioris Burgensis, *saeculi X, fol. 397 (47×33), binis columnis linearum 52 scriptus, litteris wisigothicis, Biblia integra praebet, demptis tamen ultimis foliis; desinit enim in Apoc., 12, 6:* mille ducentos sexaginta. *Fuit olim, teste P. Berganza, monasterii Caradignensis.*

Inc. fol. 1, capitula libri Genesis. Ubi invenitur saluterium; *fol. 17ᵛ, capitula libri Exodi:* Ubi iacob ad ioseph introibit; *fol. 30ᵛ, capitula libri Levitici:* Ubi aaron obtulit sacrificium; *fol. 38ᵛ, capitula libri Numerorum:* Numerus filiorum Israhel; *fol. 51; capitula libri Deuteronomii:* Ubi vetat dominus pugnare; *fol. 63,* Incipit prologus sancti iheronimi presbyteri in libro iosue filii naue. Tandem finita pentatheuco moysi; *sequuntur capitula:* Ubi exploratores mittit iosue; *fol. 71, capitula libri Iudicum;* Ubi angelus ad plebem loquitur; *fol. 79, liber Ruth.*

Octateuchum Codicis Burgensis contulit D. A. Andrès, monachus Silensis, qui totum librum docte descripsit in Boletin de la real Academia de la Historia, Madrid, 1912.

A Codex Amiatinus Bibliothecae Laurentianae sive Mediceae Florentinae, *saeculi VIII incipientis vel VII desinentis, foll. 1030 (50×34), binis columnis linearum 44 per cola et commata scriptus, litteris uncia-*

libus. Iussu Ceolfridi abbatis, in Viuraemudensi monasterio vel in Gyrvensi exaratus est liber perinsignis, cum duobus aliis Bibliis integris, seu Pandectis, eius simillimis, quae fere perierunt; hunc vero ipse Ceolfridus Romam, ad sanctum Petrum deferre statuerat, cum, Lingonis in Gallia, incoepto itinere, morte praeventus est, die 29 Septembris DCCXVI. *De his testatur coaevus Beda, in* Historia Abbatum (lib. II), *ubi inter alia:* Bibliothecam, *ait,* utriusque monasterii, quam Benedictus abbas magna coepit instantia, ipse (Ceolfridus) non minori geminavit industria; ita ut tres pandectes novae translationis (Hieronymianae scilicet) ad unum vetustae translationis, quem de Roma adtulerat, ipse superadiungeret; quorum unum senex Romam rediens secum inter alia pro munere sumpsit, duos utrique monasterio reliquit. *Codex, saeculo sexto decimo inventus est in monasterio Amiatino Sanctissimi Salvatoris, ordinis Cisterciensis, cui ab abbate Petro, Langobardorum regione oriundo, dono donatum fuerat, saeculo nono exeunte. Romam iubente Sixto V Pontifice Maximo adlatus, prae ceteris ad Carafianum codicem conficiendum usurpatus est. Denique, anno 1786, iussu Petri Leopoldi, magni ducis Etruriae, Florentiam translatus est et in Bibliotheca Laurentiana inter primaria cimelia collocatus.*

Turbatus hodie primorum foliorum codicis ordo ita restitui debet: Incipiebat liber (fol. IV recto hodierno) a prologo:

Prologus

Si diuino, ut dignum est, amore flammati ad ueram cupimus sapientiam peruenire et in hac uita fragili aeterni saeculi desideramus imaginem contueri, Patrem luminum deprecemur ut nobis cor mundum tribuat, actionem bonae uoluntatis inpertiat, perseuerantiam sua uirtute concedat, ut Scripturarum diuinarum palatia, ipsius misericordia largiente, possimus fiducialiter introire, ne nobis dicatur: quare tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum. Sed inuitati illud potius audiamus, uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. Magnum munus, inaestimabile beneficium, audire hominem secreta Dei, et quemadmodum ad ipsum ueniatur institui. Festinemus itaque fratres ad animarum fontem uiuum, salutaria remedia iussionum. Quisquis enim in terris scripturis talibus occupatur, paene caelestis iam regni suauitate perfruitur.

Nec uos moueat quod pater Augustinus in septuaginta unum libros testamentum uetus nouumque diuisit, doctissimus autem Hieronymus idem uetus nouumque testamentum XLVIII sectionibus comprehendit, in hoc autem corpore utrumque testamentum septuagenario numero probatur

impletum, in illa palmarum quantitate forsitan praesagatus, quas in mansione helim inuenit populus hebraeorum; nam licet haec calculo disparia uideantur, doctrina tamen patrum ad instructionem caelestis ecclesiae concorditer uniuersa perducunt. Amen.

Sequebatur (fol. IV verso) ordo librorum tam antiqui quam novi Testamenti:

In hoc codice continentur ueteris et noui testamenti libri N̄ LXXI
Genesis exodus leuiticus numeri deuteronomium iosue iudicum ruth Samuhel malachim paralypomenon
Liber psalmorum prouerbia ecclesiastes cantica canticorum Liber sapientiae ecclesiasticumticum
Esaias hieremias hiezechiel danihel osee iohel amos abdias ionas michas naum habacuc soffonias aggeus zacharias malachias iob thobias iudith hester ezras machabeorum libri duo
Evangelium secundum matheum secundum marcum secundum lucam secundum iohannem
Actus apostolorum
Epistulae pauli apostoli

ad romanos I	ad corintheos II	ad galatas I
ad ephesios I	ad philippenses I	ad colosenses I
ad thessalon. II	ad timotheum II	ad titum I
ad philimon I	ad hebreos I	

Epistola iacobi I petri I iohannis III iudae I
Apocalypsis iohannis amen.

Dein legebatur (fol. I recto hodierno) dedicatio:

† Ce*nobium* ad eximii merito
uenerabile *salvatoris*
quem caput ecclesiae
dedicat alta fides
petrus langobardorum
extremis de finibus abbas
deuoti affectus
pignora mitto mei
meque meosque optans
tanti inter gaudia patris
in caelis memorem
semper habere locum

Quae in principio huius dedicationis a Petro Langobardorum abbate

mutata fuerant, ita restitui debere eximia divinatione monstravit Iohannes Baptista De Rossi cui plene suffragat Ceolfridi Vita anonyma:

Corpus ad eximii merito uenerabile Petri
quem caput ecclesiae dedicat alta fides
Ceolfridus Anglorum extremis de finibus abbas

Post haec aderat (fol. V recto) pictura Esdram repraesentans. In huius folii parte superiori leguntur versus:

Codicibus sacris hostili clade perustis
Esdra deo feruens hoc reparauit opus

quos et in fine prologi Alcuini abbatis in Bibliis Radonis (Cod. Viennensis 1190) videre est, mutato tamen nomine Esdrae.

Denique, tres exhibebantur Sacrae Scripturae divisiones, iuxta Cassiodori Institutionem divinarum litterarum, *ordine quo ipse Cassiodorus eas distribuit; quae hodie leguntur:*

1) Secundum sanctum Hieronymum, fol. VI recto:

Auctoritas diuina continetur in testamenta duo id est
in uetus
in lege: genesi exodum leuiticum numerorum deuteronomium
in prophetis: ihu naue iudicum et ruth samuhel malachim (*corr. in* malachiam) esaias hieremias hiezecihel liber duodecim prophetarum
in agiographis: iob dauid salomon prouerbia ecclesiastes cantica canticorum danihel uerba dierum id est paralipomenon ezras hester et in nouum
in euangeliis: matheus marcus lucas iohannes
epist. apost.: pauli apostoli XIIII petri apost. II iohann. apost. III iacobi ap. I iudae ap. I
act. apost.: actus apostolorum liber unus
apocalypsi: apocalypsin liber unus.

Sic fiunt ueteris **nouique testamenti secundum hieronymum libri quadraginta nouem quibus adde dm̄ xp̄m de quo et per quem ista conscripta sunt fit quinquagenarius numerus qui ad instar iobelei anni debita remittit et paenitentium peccata dissoluit ☧

2) Secundum sanctum Augustinum, fol. 8 recto.

Scriptura sancta diuiditur
in uetus
in historiam libri n̄ XXII id est mosi lib. V ihu naue lib. I iudic. lib. I ruth lib. I reg. lib. IIII paral. lib. II iob. lib. I tobi lib. I hester lib. I iudith lib. I esdrae lib. II machabeor. lib. II

in prophetiam libri ñ XXII id est dauid psalm. lib. I sal. lib. III iesu filii sirach lib. II prophetarum id est osee iohel amos abdiae ionae micheae naum habacuc sofon. zach. agg. mal. esaiae hier. dan. et hez. libri ñ XVI

et in nouum

in euangelia quattuor secundum matheum secundum marcum secundum lucam secundum iohannem

in epistulas apostolorum XXI id est pauli apost. ad rom. I ad cor. II ad gal. I ad efes. I ad phil. I ad thessal. II ad col. I ad tim. M ad tit. I ad fil. I ad heb. I petri duae ioh. III iudae I iac. I

in actus apostolorum lib. I

in apocalypsin iohan. lib. I

Sic fiunt ueteris noui que testamenti sicut pater augustinus in libris de doctrina xp̄iana complexus est simul libri ñ LXXI* quibus adde unitatem diuinam per quam ista completa sunt. Fit totius librae competens et gloriosa perfectio ipsa est enim rerum conditrix et uitalis omnium plenitudo uirtutum

3) Secundum sanctum Hilarium, fol. VII (6) recto.

Scriptura diuina diuiditur in testamenta duo id est

in uetus

genesi exodum leuiticum numerorum deuteronomium iesu naue iudicum ruth regum libri IIII paralipomenon libri II psalmorum lib. V salom. lib. V id est prouerbia sapientia ecclesiasticum ecclesiastes cantica canticorum prophetae id est esaias hieremias ezecihel danihel osee amos micheas iohel abdias ionas naum ambacum sofonias aggeus zacharias malachim qui et angelus iob tobis hester iudith esdrae libri duo machabeorum libri duo

et in nouum

euangelia IIII id est matheus marcus lucas iohannes actus apostolorum epist. petri ad gentes iacobi iohannis ad parthos epist. pauli apost. id est ad rom. I ad corint. II ad galatas I ad philipp. I ad colos. I ad ephesios I ad thessalonicenses II ad timotheum II ad titum I ad philemonem I apocalypsin iohannis euangelistae

Sic fiunt ueteris noui que testamenti sicut diuidit s̄cs hilar*us romanae urbis antistes et epiphanius cyprius quem latino fecimus sermone transferri libri. LXX. In illo palmarum numero fortasse praesagati quas in mansione helim inuenit populus hebreorum

Haec omnia ex exemplari vetustae translationis quod de Roma adtulerat *Ceolfridus, quodque a Cassiodoro pependisse compertum est,*

transcripta fuerunt. Quae vero sequuntur ad textum hieronymianum proprie pertinent:

Fol. VII verso, prologus Pentateuchi ex epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum desumptus:

Manifestissima est genesis in qua de creatura mundi de exordio humani generis et gente usque ad aegyptum scribitur hebreorum

Patet exodus cum decem plagis decalogo cum mysticis scripturis diuinisque praeceptis

In promtu est leuiticus lib. in quo singula sacrificia et uestes aaron et totus ordo leuiticus spirant caelestia sacramenta

Numeri uero nonne totius arithmeticae et mensura terrae et XL duarum per heremum mansionum mysteria continent

Deuteronomium quoque secunda lex et euangelicae legis praefiguratio nonne sic ea habet quae propria sunt ut tamen noua sint omnia de ueteris

Imago tabernaculi quae hodie foll. 2 et III adest, olim extra primum quaternionem reponebatur, sive in capite libri, sive in ipso textu, prope locum quem illustrat.

Fol. 9, incipit sine titulo praefatio sancti Hieronymi: Desiderii mei, *quam sequuntur, fol. 9v, capitula libri Genesis:* Opus deificum: *fol. 50, capitula libri Exodi:* Numerus eorum; *fol. 51:* expliciunt capitula. Incipit ipse liber feliciter; *fol. 86, capitula libri Levitici:* Ubi lex holocaustorum; *fol. 86v:* expliciunt capitula. Incipit liber leuiticus qui hebraice dicitur vaiecra. Lege feliciter. OKYRIC CEPBANΔOC AI ΠOIHCEN; *fol. 110v, capitula libri Numerorum:* Ubi praecepit dominus mosi; *fol. 111v:* expliciunt capitula. Incipit liber numerorum qui appellatur hebraice uaieddaber. Gloria individuae trinitati. Amen; *fol. 145, incipiunt sine titulo capitula libri Deuteronomii:* Trans iordanen populo; *fol. 146:* expliciunt capitula. Incipit liber deuteronomium qui hebraice dicitur helleaddabarim. Deo laudes. Lege feliciter. Amen. Ora pro me; *fol. 174, praefatio sancti Hieronymi in Iosue incipit sine titulo:* Tandem finita pentatheucu mosi; *fol. 174v, capitula libri Iosue:* Post mortem mosi; *fol. 194, capitula libri Iudicum:* Ubi post mortem iosue; *fol. 215v, incipit liber Ruth, quem sequuntur libri Regum etc.*

Codex Amiatinus tanta cura descriptus est, ut quasi nullae in eo inveniantur lectiones quae sint eius omnino propriae. Quod vero textus quem exhibet recensionem nobis servaverit pandectis quem Cassiodorus

summo studio in quaternionibus quinquaginta tribus minutiori manu conscribendum aestimavit (Inst. div. litt., cap. 12), *nullo modo probatur.*

Librum Genesim contulit Emus Cardinalis Gasquet, caeteros Octateuchi libros D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.

T Codex 10 Bibliothecae Civitatis Turonensis, *saeculi VIII exeuntis, vel IX ineuntis, foll. 351 (35×26), binis columnis linearum 50, per cola et commata scriptus, Turonis, ut videtur. Scripturam tempore Caroli Magni usurpatam exhibet et inter prima eiusdem specimina iure habetur. Octateuchum continet.*

Inc. fol. 1v, praefatio sancti Hieronymi: Desiderii mei; *fol. 3, capitula libri Genesis, altera manu, sed antiqua, minutioribus litteris descripta:* De die primo; *fol. 4, liber Genesis; fol. 73, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *fol. 127v, capitula libri Levitici:* Loquutus est Dominus ad moysen; *fol. 165, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 220, capitula libri Deuteronomii:* Uerba quae locutus est.

Libros Genesis et Exodi huius codicis contulit D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.

M Codices 6 et 7 Bibliothecae Civitatis Ambianensis, *ante annum 781, foll. 250 (38×25) et 128 (30×20), binis columnis 24 linearum et unica columna 20 linearum scripti, scriptura carolingica, cuius et ipsi specimina antiquiora praebent. Pentateuchum alter, alter vero libros Iosue, Iudicum et Ruth exhibent, et quamvis forma sint inter se dissimiles, ad eadem tamen Biblia pertinent, quae codicibus 6, 7, 8, 9, 10, 12 et 11 Bibliothecae Ambianensis constant, et iussu Maurdramni, Corbeiensis abbatis, descripta sunt, ut patet ex inscriptione in fine libri secundi Machabaeorum, cod. 11, fol. 96, adposita:*

Ego maur dramnus abbas
propter dei amorem et prop
ter conpendium legent
ium hoc uolumen fieri
iussi. Quicumque hunc
librum legerit dñi mise
ricordiam pro me exoret.

Codex 6 incipit fol. 1v, a capitulis libri Genesis, posteriori manu descriptis, saeculo XI: De primo die in quo lux facta est; *fol. 3, prae-*

fatio sancti Hieronymi, et ipsa saec. XI descripta: Desiderii mei; *fol. 72, capitula libri Exodi:* Et de infantibus numerus hebreorum quos precepit pharao in flumine proici; *fol. 122, capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 156, capitula libri Numerorum:* Recognitio XII tribuum; *fol. 205^{v}, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est moyses.

Codex 7 incipit fol. 1^{v}: Incipit prefatio iesu naue et iudicum. Tandem finito pentateuco moysi; *fol. 3^{v}, capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue; *fol. 59^{v}, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 120^{v}, liber Ruth.*

Bibliorum Maurdramni Octateuchum contulit b. mem. D. Henricus Vautier, monachus Fontanellensis.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis latinus 3, *ante annum 841,* Φ^{R} *foll. 409 (48×37), binis columnis linearum 52 scriptus, litteris carolingicis. Fuit olim monasterii S. Mauri Fossatensis et antea S. Mauri Glannafoliensis, cui dono datus est a comite pagi Cenomanensis Rorigone, ut patet ex nota fol. 408 inserta:*

> Omnes qui hunc librum libenter legitis, horate pro hanima Rorigonis comitis quis (?) illum donauit s[ub] ... abbate.

Codex lat. 3 seriem exhibet capitulorum in Bibliis alcuinianis inveniri solitorum. Eius Genesim et Exodum contulit D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis lat. 11514, *saeculi IX inci-* Φ^{A} *pientis, (49×35), binis columnis linearum 50 scriptus, scriptura carolingica. Priorem partem Bibliorum continet liber in schola turonensi, ut videtur, descriptus.*

Incipit mancus, fol. 2, in epistola sancti Hieronymi ad Paulinum: dum prudenter interrogat *(cf. infra, p. 12, l. 4); fol. 4, praefatio sancti Hieronymi:* Desiderii mei; *fol. 4^{v}, capitula libri Genesis:* De die primo; *fol. 22^{v}, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *fol. 37, capitula libri Levitici:* Loquutus est dominus ad moysen; *fol. 47, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 61^{v}, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est moyses; *fol. 74:* Incipit praefatio iesu naue et iudicum. Tandem finito pentatheuco moysi; *fol. 74^{v}, capi-*

tula libri Iosue: Promittit deus iosue; *fol. 82^{v}, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur iudex belli; *fol. 90^{v}, capitula libri Ruth:* Facta fama (sic) in terra iudeae.

Pentateuchum huius codicis contulerunt D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis et b. mem. D. Maximilianus Bataillet, monachus Solesmensis.

Φ^{z} Codex Turicensis Carolinus C. 1, *saeculi IX, foll. 421 (48×37), binis columnis linearum 50 scriptus, litteris carolingicis. Biblia integra continet, magnis initialibus ornata, liber accuratissime confectus iuxta stylum scholae turonensis.*

Incipit fol. a, epistola sancti Hieronymi ad Paulinum: Frater ambrosius; *fol. d^{v}, prologus Alcuini poeticus:* In hoc quinque libri; *fol. e, praefatio sancti Hieronymi:* Desiderii mei; *sequitur Genesis, praemissis capitulis:* De die primo *etc., ut in codice praecedenti; fol. 70^{v}:* Incipit prefatio iesu naue et iudicum. Tandem finito penthatheuco moysi, *quam sequuntur libri Iosue, Iudicum et Ruth, cum capitulis, ut supra.*

Octateuchum codicis Turicensis pro nobis contulit vir doctus Iacobus Werner, Bibliothecae Cantonalis praefectus.

Φ^{c} Codex Londinensis, Musaei Britannici, inter noviter additos 10546, *saeculi IX, foll. 449 (50×36), binis columnis linearum 50 scriptus, litteris carolingicis. Biblia integra continet liber insignis, summa cura exaratus et ornatus, qui fuit olim monasterii Grandivallensis in partibus Iurensium. Eius Genesim et Exodum contulit D. Adrianus Weld-Blundell, monachus Fortaugustanus.*

Φ^{v} Codex Romanus B. 6 Bibliothecae Vallicellianae, *saeculi IX, foll. 343 (34-36 × 30), tribus columnis linearum 50 scriptus, litteris carolingicis. Olim Achillis Statii fuit, qui doctis viris Commissionis Sixti V eius copiam fecit, postea vero Patrum Oratorii S. Philippi. Biblia integra praebet.*

Incipit fol. 1, liber Genesis: In principio creauit deus; *fol. 14, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *fol. 24^{v}, capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 32, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 42^{v}, capitula libri Deuteronomii:* Uerba quae locutus est; *fol. 53^{v},* Incipit prae (*sic*) iesum naue

et iudicum. Tandem finito pentatheuco moysi, *in cuius fine legitur:* Explicit praefatio. Incipitulatio (*sic*) libri iesum naue. 1 Promittit deus iosue; *fol. 61, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 68, liber Ruth.*

Codicis Vallicelliani Octateuchum pro nobis benigne contulit R. P. Bellasis, Oratorii S. Philippi e sodalibus.

Codex Romanus Basilicae S. Pauli extra Muros *saeculi IX, foll. 334* Φ[P] *(45×35), binis columnis linearum 59 scriptus, litteris carolingicis. Biblia integra continet liber admirandae pulchritudinis, initialibus picturisque eximiis adornatus, cuius* scriba fidelis *Ingobertus quidam fuisse videtur, de quo in obscuro prologo qui infra datur.*

Conglutinatus fuit et in hodiernam formam redactus codex anno 1646, curante D. Iovita Roscio, Romano, abbate.

Incipit fol. 1[v], Prologus totius libri:

Omnipotentis opus quod continet iste libellus,
O lector reverens intellectuque probandus,
Si sapias vitae calles hoc rite notabis
Et poteris causam tibimet rescire salutis.
Hic cataractarum vox est qua clamat abyssus
Alarum plausu et strepitu compellat abyssum.
Hinc spes atque timor iunguntur foedere ducto
Et clemens iudex addiscitur *omine certo.
Hic videas quod non sine labe dies recoluntur
Sed quare cum labe dies merito peraguntur.
Hic cernas Adam factum libra pietatis
A se defectum sed non sine lege relictum.
Hic Xerub geminum diffuso corde videbis
Propitiumque deum manifesta luce notabis:
Tempore diverso diffudit spiritus idem
Hanc pietatis opem sed Christo iudice finem.
Spiritus almificus hic pandit iura rotarum
Atque volubilitas hic promitur ordine sacro
Testamentorum per tempora quippe duorum,
Et sex aetates pro munere nempe dierum
Hic describuntur quin septima facta quietis,
Hic Moyses legem cornuta luce ministrat
Atque prophetarum nobis oracula clangunt:
Emicat hoc iubar in toto diffusius orbe.

Hic psalmista potens David Domino cytharizans
Et docuit laudes et scripsit iura precantum.
Hic cibus est dulcis, hic vero pignore manna.
Hic actus hominum merita de sorte notantur:
Quid caveas lector, vel quid secteris in omni
Hoc poteris certe redimito codice nosse.
Ista lucerna parata viam per saecula monstrat;
Tempora nam scribens aeternum vivere pandit,
Unde novum sidus sequitur de virgine natus
Atque novi Testamenti fit ianua Christus,
Qui reserans veteres umbras caligine tectas
Vera de hinc populis et praemia certa retexit.
Hoc et apostolicis dictavit famine scriptis,
Hisque prophetarum firmavit dicta priorum.
His dapibus lector reficique fruique memento
Quisque fidem Christi baptismate iam tetigisti.
Has nec Plato suis potuit reperire labore
Id eis miro ingenio cum preditus esset,
Sed nec Pythagorasque matheseos studiosus,
Nec Maro Meonius, nec vates rite probatus,
Veras delicias quiverunt tangere corde.
Christus ad haec nobis consultu et voce magistra
Prospexit votumque dedit iam velle paternum
Quaerere pulsando vitaque in saecla fruendo.
Hac lector mensa fruere ac de famine vive;
Hac mel atque oleum de petra suge salutis;
Rubra falerna bibas quibus hinc per saecula vivas,
Propositoque Dei conscriptus in arce tonantis
Sis membrum Christi pretio de sanguinis emptus.
Haec namque invenies praesenti pascua libro,
Quem tibi quemque tuis rex Karolus ore serenus
Offert, Christe, tuusque cliens et corde fidelis
Eius ad imperium devoti pectoris artus
Ingobertus eram referens et scriba fidelis,
Graphidas ausonios aequans superansve tenore
Mentis aut auricomum decus illi crescat in aevum
Quem fecit priscos Christus transire monarchos,
Et sibi cognovit duce Christo sceptra tenere
Vota quibus coram te (te) flagravit adimplens
Actibus ex priscis quibus est translatio sena

Impenso studio Ptholomei bibliothecae
Aeolicis eius transmissae tempore libris:
Extitit hinc Origenis acer studioque notandus
Praecluis expositor graeculi famine promptus,
Nec modico sumptu pendebat pagina dives
Quam variare stilis instabat Graecia tantis.
Hieronimus tamen haud potuit hunc ferre laborem:
Contulit ergo suis compendia magna latinis,
Dum nemus auricomum fulgenti stringit ab ore
Iudaico panditque iubar stellaque veruque.
Possidet ergo decus merito venerabile semper
Hieronimus pollens latiari stemmate multum;
Eius namque labor scriptis dictisque probatur
Esse probus veroque in saecula iure probandus,
Eloquio clarus, sensus quoque munere cautus:
Exemplum cuius nobis concede Redemptor
Quo tibi vivorum simus regione placentes,
Cum sanctis tibimet laudem sine fine canentes.

Inc. fol. 3, epistola sancti Hieronymi: Frater ambrosius; *fol. 5v, praefatio eiusdem in Pentateuchum:* Desiderii mei; *fol. 8, capitula libri Genesis:* De die primo; *fol. 19, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *fol. 29v capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 38, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 48, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est moyses; *fol. 57v:* Incipit praefatio librorum iesu naue et iudicum. Tandem finita pentatheuco moysi; *sequuntur capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue; *fol. 64v, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 68 bisv, capitula libri Ruth:* Facta fame in terra Iudae.

Codex Paulinus saeculo XVI a monachis Casinensibus collatus est in usum variarum Commissionum quae, post Concilium Tridentinum, Bibliorum correctioni studuerunt, et consultoribus Sixti V prae manibus fuit. Eius Octateuchum pro nobis contulerunt D. Basilius Trifone monachus Casinensis S. Pauli et D. Marcellus Havard monachus Farnburgensis.

Codex Ottobonianus latinus 66 Biiothecae Vaticanae, *saeculi VII ex.* O
vel VIII, foliorum 296 (33×28), binis columnis linearum 31 scriptus, litteris uncialibus. Fuit olim cardinalis Cervini et correctoribus saeculi XVI notus fuit sub nomine Codicis Cerviniani. *In Italia superiori descriptus*

fuisse, forte in monasteris Bobiensi, videtur. Octateuchum prius continuit liber barbaris figuris ornatus, hodie vero textus eius in libro Iudicum, cap. 14, v. 20, deficit.

Incipit fol. 1 liber Genesis; fol. 61v, liber Exodi; fol. 112v: explicit ellesmoth id est exodus

orate
pro me
dominico
pr[es]bitero
scripto
re

fol. 114, inc. liber Levitici; fol. 144, liber Numerorum; fol. 196v, liber Deuteronomii; fol. 343v: incipit prologus. Tandem finita pentateucho; *fol. 244:* explicit prephatio incipit ihesu naue. Ihesus naue in typum non solum in gestis ... spiritualia regna describit. Incipit ihesu naue liber sextus; *fol. 244v, liber Iosue; fol. 275v, liber Iudicum.*

Codex Ottobonianus lectiones aliquando sibi omnino proprias exhibet saepissimeque antiquae versioni adhaeret, contra textum vulgatum; immo, in nonnullis locis versionem antiquam integre recipit. Certe ab antiquissimo exemplari descriptus est, ut testantur lectiones: hi est amecum, *pro* hic sta mecum *(Deut. 5, 31);* uidis eas *pro* ut discas *(14, 23);* dolor est immolatus *pro* dolore stimulatus *(19,6) et alia huiusmodi. Divisiones textus minutiores in eo notantur, non ubique tamen per cola et commata. Eum contulit Emus Cardinalis Gasquet.*

ΘH Codex Londinensis Musaei Britannici, inter latinos noviter additos 24142, *saeculi IX ineuntis, foll. 248 (32×24), tribus columnis linearum 62 scriptus, litteris carolingicis. Biblia continet liber mancus in capite et in fine; desinit in prima Petri ep. 4, 3. Fuit olim abbatiae Sancti Huberti in Arduenna.*

Incipit fol. 1: in consilio eorum non ueniat anima mea *(Gen. 49, 6); item fol. 1, capitula Exodi:* Numerus eorum qui ingressi sunt; *fol. 9, capitula Levitici:* Praecepit dominus quod offeratur; *fol. 15v capitula Numerorum:* Precepit dominus moysi; *fol. 24, capitula Deuteronomii:* Trans iordanen populo legem explanat; *fol. 31v:* incipit secundus ordo prophetarum. Incipit praefatio de libro iosue. Tandem finita pantatheucho; *sequuntur, fol. 32, capitula libri Iosue:* Post mortem mosi iosue; *fol. 36v, capitula Iudicum:* Post mortem iosue; *fol. 42, incipit liber Ruth.*

Codicis S. Huberti Octateuchum contulit D. Adrianus Weld Blundell monachus Fortaugustanus.

Codex capituli Aniciensis, *saeculi* IX *ineuntis, foll. 348 (32-23),* Θ^A *binis columnis linearum 62 scriptus, litteris carolingicis minutissimis. In thesauro ecclesiae cathedralis Aniciensis a remotissimis temporibus asservatur liber pretiosissimus et sequenti Parisino simillimus. Biblia integra continet iuxta Theodulphi, Aurelianensis episcopi, recensionem.*

Incipit fol. 1^v, prologus Theodulphi Quicquid ab hebraeo *(cf. infra p. 52); fol. 3, praefatio ex sancto Isidoro:* Vetus Testamentum ideo dicitur *(cf. p. 38); fol. 3^v,* Breues ordinum omnium librorum. Veteris et Noui testamenti *(cf. p. 40); fol. 4, praefatio sancti Hieronymi:* Desiderii mei; *ibidem, capitula libri Genesis:* De creatione mundi; *fol. 15^v, capitula libri Exodi:* Numerus eorum qui ingressi sunt aegyptum; *fol. 24, capitula libri Levitici:* Ubi lex holocaustorum; *fol. 60, capitula libri Numerorum:* Praecepit dominus moysi; *fol. 38^v, capitula libri Deuteronomii:* Tunc iordanen populo; *fol. 46,* Incipit secundus ordo prophetes *(sic) ibidem:* incipit praefatio de libro iosue: Tandem finita pentatheucho; *quam sequitur brevis prologus:* Iesus filius naue in typo domini ... spiritalia regna descripsit; *ibidem, capitula libri Iosue:* Post mortem moysi; *fol. 52^v, capitula libri Iudicum:* Post mortem iosue; *fol. 58, incipit liber Ruth.*

Codicis Aniciensis Octateuchum contulerunt D. Petrus Blanchard monachus Solesmensis et D. Andreas Cabassut monachus Farnburgensis.

Codex Parisinus Bibl. Nationalis lat. 9380, *saeculi* IX *ineuntis, foll. 349* Θ^M *(32 × 23) binis columnis linearum 62 scriptus, litteris carolingicis minutissimis. Biblia integra praebet, quibus iunguntur varii tractatus: fol. scil. 319^v,* Breves temporum per generationes et regna; *fol. 321^v,* De nominibus hebręicis; *fol. 325^v,* Caput domini ipsa divinitas ... *(Pseudo-Melitonis Clavis); fol. 338,* Incipiunt capitula in speculum domni augustini. *Quae omnia et in Codice Aniciensi inveniuntur, excepto quod* Speculum *sancti Augustini recensione diversa in utroque codice datur, iuxta Vulgatam scilicet in Parisiensi et iuxta antiquam versionem in Aniciensi. Fuit olim Codex Parisinus ecclesiae cathedralis Aurelianensis, dein nobilis familiae Mesmianae, sub cuius nomine saeculo* XVIII *noscebatur, tempore quo D. Martianaeus eo usus est ad edenda Biblia latina quae inter opera sancti Hieronymi inseruit. Multas in marginibus variantes lectiones exhibet codex accuratissime correctus curis Theodulphi, episcopi Aurelianensis.*

Incipit fol. 1^{v} prologus Theodulphi: Quicquid ab hebraeo *(cf. p. 52); fol. 3, praefatio ex sancto Isidoro:* Vetus testamentum ideo dicitur *(cf. p. 38); fol. 3^{v}:* Ordo librorum Veteris ac Noui testamenti *(cf. p. 40); fol. 4, praefatio sancti Hieronymi:* Desiderii mei; *quam sequuntur capitula libri Generis:* De creatione mundi; *fol. 15^{v}, capitula libri Exodi:* Numerus eorum qui ingressi sunt; *fol. 24, capitula libri Levitici:* Ubi lex holocaustorum; *fol. 30, capitula libri Numerorum:* Praecepit dominus moysi; *fol. 38^{v}, capitula libri Deuteronomii:* Trans iordanen populo; *fol. 46^{v}:* Incipit secundus ordo propheticus; *post quae:* Incipit praefatio hieronimi in libro iosue bennun: Tandem finita pentatheuco; *sequitur prologus:* Iesus filius naue... spiritalia regna descripsit; *ibidem ponuntur capitula libri Iosue:* Post mortem moysi; *fol. 52^{v}, capitula libri Iudicum:* Post mortem iosue; *denique fol. 58 incipit liber Ruth.*

Octateuchum Codicis Parisini 9380 contulerunt D. Yvo Laurent monachus Parisiensis et D. Henricus Cottineau, Farnburgensis.

Θ^{G} Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis lat. 11937, *saeculi IX incipientis, fol. 179 (27 × 22), binis columnis linearum 61-64 scriptus, litteris carolingicis. Easdem litterarum formas exhibet ac Aniciensis et Parisinus 9380, aliquantulum tamen crassiores, et in marginibus multis ornatur notis ab Hebraeo quodam coaevo additis, ad corrigendum D. Hieronymi textum; eas D. Martianaeus in editione sua accurate transcripsit. Liber iam saeculo XVI Roberto Stephano notus, ab eoque sub nomine* Sangermanensis parvi *seu* Gep, *designatus, Biblia integra continet, acephala tamen, cum in Genesis capite XVIII initium sumant.*

Incipit fol. 1: sodomorum et gomorraeorum *(Gen. 18, 20); fol. 10, capitula libri Exodi:* Numerus eorum qui ingressi sunt aegyptum; *fol. 20^{v}, capitula libri Levitici:* Ubi lex holocaustorum; *fol. 28^{v}, capitula libri Numerorum:* Praecepit dominus moysi; *fol. 39^{v}, capitula libri Deuteronomii:* Trans iordanen populo; *fol. 49:* Incipit secundus ordo propheticus. Incipit prefatio hieronymi in libro iosue bennun: Tandem finita pentatheuco; *deinde prologus:* Iesus filius naue ... spiritalia regna descripsit; *sequuntur capitula eiusdem libri Iosue:* Post mortem mosi; *fol. 55, capitula libri Iudicum:* Post mortem iosue; *fol. 61, incipit liber Ruth.*

Codicis Parisini 11937 Genesis quae extant et Exodum contulit D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.

Codices Parisini Bibliothecae Nationalis 11504-11505, *anni 822,* P
foll. 199 et 215 (52×34), binis columnis linearum 54-56 scripti, litteris carolingicis. Biblia integra continet liber celeberrimus, e quo fluxerunt exemplaria libri quarti Esdrae fere omnia, quemque adhibuit saeculo XVI *Robertus Stephanus sub nomine* Sangermanensis oblongi, *seu* Geo. *E monasterio Centulensi oriundus videtur, saepissimeque ad textum codicum recensionis theodulphianae a correctore coaevo accommodatus est.*

Incipit fol. 1, epistola sancti Hieronymi: Frater ambrosius; *fol. 3ᵛ, prologus Alcuini brevior:* In hoc quoque libri *(cf. infra, p. 51); fol. 4, incipit liber Genesis; fol. 21, liber Exodi; fol. 34, liber Leviticus; fol. 43ᵛ, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 58ᵛ. capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est moyses; *fol. 71:* Incipit praefatio iesu naue et iudicum. Tandem finito pentatheuco moysi; *fol. 71ᵛ, capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue dicens; *inter fol. 75 et fol. 76 deperditus est quaternio qui continuit finem libri Iosue principiumque libri Iudicum; fol. 79ᵛ, incipit liber Ruth.*

Octateuchum codicis 11504 contulit D. H. Cottineau, monachus Farnburgensis.

Codex Vaticanus latinus 10510, *saeculi* XII, *foll. 376 (55×38),* ΨB
binis columnis linearum 64 scriptus, litteris italicis. Biblia sunt integra, magnis initialibus depictis ornata, quae ecclesiae cathedralis Bovinensis iam a saeculo XII *desinente fuerunt. Ea, simul cum codice sequenti, descripsit b. m. Marcus Vattasso in* Studi e testi della Biblioteca Vaticana, *tom. 2, Romae 1900.*

Incipit fol. 1, epistola sancti Hieronymi ad Paulinum: Frater ambrosius, *secunda manu descripta; fol. 2, eiusdem prologus in Pentateuchum:* Desiderii mei, *item altera manu; sequuntur capitula libri Genesis:* De lucis exordio; *fol. 16ᵛ, capitula libri Exodi:* De infantibus hebraeorum; *cap. 29ᵛ, capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 38, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 49ᵛ, capitula libri Deuteronomii:* Verba quae locutus est moyses; *fol. 63, praefatio sancti Hieronymi:* Tandem finito pentatheuco; *sequuntur capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue dicens; *fol. 71ᵛ, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 79ᵛ incipit liber Ruth.*

Codicis Vaticani 10510 Genesim et Exodum contulit D. Henricus Cottineau, monachus Farnburgensis.

Ψ^{D} Codex Vaticanus latinus 10511, *saeculi XII, foll. 353 (55 × 38), binis columnis linearum 55 scriptus, litteris italicis.*

Incipit fol. 1, epistola sancti Hieronymi: Frater ambrosius; *fol. 2^{v}, praefatio eiusdem in Pentateuchum:* Desiderii mei, *cum capitulis Genesis:* De lucis exordio; *fol. 18, capitula libri Exodi:* De rege qui opprimebat; *fol. 30, capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 36^{v}, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 49, incipit liber Deuteronomii (capitula desunt); fol. 60, praefatio sancti Hieronymi:* Tandem finito pentatheuco, *quam sequuntur capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue dicens; *fol. 68, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *denique fol. 75^{v}, incipit liber Ruth.*

Genesim et Exodum Codicis 10511 contulit D. Urbanus Butler monachus sancti Gregorii de Downside.

Ψ^{F} Codex Vaticanus latinus 12958, *saeculi XII, foll. 357, binis columnis linearum 54 scriptus, litteris italicis. Biblia integra continet liber picturis ornatus initialibusque eximiis. Fuit olim ecclesiae romanae Sanctae Mariae ad Martyres, deinde cardinalis Lambruschini et postea Patrum Barnabitarum, tuncque a clarissimo viro Carolo Vercellone adhibitus est ad concinnandum opus suum* Variae lectiones Vulgatae latinae *(cod. F).*

Incipit fol. 1, epistola sancti Hieronymi: Frater ambrosius; *fol. 3^{v}, eiusdem prologus in Pentateuchum:* Desiderii mei; *fol. 4, capitula libri Genesis:* De lucis exordio; *fol. 18, capitula libri Exodi:* De rege qui opprimebat filios israhel; *fol. 29^{v}, capitula libri Levitici:* De decem generibus oblationum; *fol. 38, capitula libri Numerorum:* De nominibus principum; *fol. 50, incipit liber Deuteronomii (desunt capitula); fol. 61:* Incipit prephatio sancti ieronimi presbyteri in libro iosue be num. Tandem finito pentatheuco moysi; *ibidem capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue; *fol. 69, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 77, incipit liber Ruth.*

Codicis Vaticani 12958 Pentateuchum contulit D. Henricus Bérard, monachus Solesmensis.

Ψ^{M} Codex Mediolanensis Bibliothecae Ambrosianae B. 47 Inf., *saeculi XII, (58 × 38), binis columnis linearum 65 scriptus, litteris italicis. Priorem partem Bibliorum, Octateuchum scilicet, libros Regum et Prophetas continet liber initialibus depictis ornatus, qui olim ad usum ecclesiae*

Mediolanensis fuit, et ad lectiones liturgicas adhibitus, quarum index in principio Genesis exhibetur.

Incipit fol. 1, epistola sancti Hieronymi: Frater ambrosius; *fol. 3^{v}, prologus eiusdem in Pentateuchum:* Desiderii mei; *ibidem, capitula libri Genesis:* De lucis exordio; *fol. 18, capitula libri Exodi:* De infantibus hebreorum; *fol. 29^{v}, capitula libri Levitici:* Locutus est dominus ad moysen; *fol. 38, capitula libri Numerorum:* Recognitio duodecim tribuum; *fol. 49^{v}, incipit liber Deuteronomii (desunt capitula); fol. 59^{v}:* Incipit prephatio sancti ieronimi presbiteri in libro iosue benun. Tandem finito pentatheuco moysi; *sequuntur capitula libri Iosue:* Promittit deus iosue dicens; *fol. 66, capitula libri Iudicum:* Iudas eligitur dux belli; *fol. 73^{v}, incipit liber Ruth.*

Genesim et Exodum huius codicis contulit D. Adrianus Weld Blundell, monachus Fortaugustanus.

Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis lat. 15467, *saeculi XIII,* Ω^{s} *foll. 624 (30×12), binis columnis linearum 42 scriptus, litteris gothicis francigenis. Biblia continet quae olim inclitae domus Sorbonicae fuerunt. Integra ea pro nobis benigne contulerunt Rev. Moniales O. S. B. monasterii Templi Parisiensis.*

Codices Parisini Bibliothecae Nationalis latini 16719, 16720, 16721, Ω^{j} 16722, *saeculi XIII, foll. 220, 242, 246 et 220 (55×38), binis columnis linearum 32 scripti, litteris gothicis francigenis. Biblia sunt integra, initialibus depictis eximie ornata, notisque marginalibus et interlinearibus adaucta, quae Correctorium exhibent sub nomine Fratrum Praedicatorum Sancti Iacobi notissimum. Fuerunt enim olim monasterii Sancti Iacobi Parisiensis.*

Incipit Cod. 16719 fol. 1, epistola sancti Hieronymi ad Paulinum: Frater ambrosius; *fol. 6^{v}, prologus eiusdem:* Desiderii mei; *fol. 7^{v}, liber Genesis; fol. 50^{v}, liber Exodi; fol. 85^{v}, liber Levitici; fol. 109^{v}, liber Numerorum; fol. 143^{v}, liber Deuteronomii, fol. 174:* Incipit praefatio in iesu naue et iudicum. Tandem finito pentateuco: *fol. 175, liber Iosue; fol. 195^{v}, liber Iudicum; fol. 217^{v}, liber Ruth.*

Biblia Sancti Iacobi integra pro nobis benigne contulerunt Rev. Moniales O. S. B. monasterii Templi Parisiensis.

Ω^{M} Codex Parisinus Bibliothecae Mazarineae latinus 5, *saeculi XIV, foll. 334 (35×25), binis columnis linearum 56 scriptus, litteris gothicis francigenis. Biblia integra continet.*

Incipit fol. 1 epistola sancti Hieronymi: Frater Ambrosius; *fol. 2^{v} praefatio eiusdem:* Desiderii mei; *fol. 4, liber Genesis; fol. 17, liber Exodi; fol. 27^{v}, liber Levitici; fol. 35, liber Numerorum; fol. 45, liber Deuteronomii; fol. 54, praefatio in libros Iosue et Iudicum:* Tandem finito pentateuco; *fol. 54^{v}, liber Iosue; fol. 61, liber Iudicum; fol. 67, liber Ruth.*

Codicis Mazarinaei Octateuchum contulit D. Adrianus Coughlin, monachus Woolhamptoniensis.

Editiones impressae vero quarum varias lectiones integre dedimus hae sunt:

α Editio omnium princeps, linearum 42 dicta, *quae a plerisque Moguntiae, ipso Gutenberg moderante, impressa reputatur circa annum 1452. Sine titulo.*

β Editio Coloniensis Eucherii Cervicorni, anni 1530, *impressa procurante Godefrido Hittorpio, curanteque doctissimo viro Gobelino Laridio. Optima est et cum codicibus antiquis saepissime concordat. Auctorem eius Gobelinum Laridium monachum Cartusianum fuisse et priorem Moguntinum nuper acute monstravit P. Albertus Vaccari S. I. in* Biblica, *Iun. 1912, p. 211 et seq. Eius titulum accipe:* Biblia | iuxta divi Hieronymi | Stridonensis translationem, post multas hactenus edi|tiones, non modo ad Hebraeorum, Graecorumque | fontem, verum etiam multorum vetustissi|morum codicum Latinorum consen|sum accuratissime castigata, ea | quidem fide et diligen|tia, ut illa D. Hie|ronymi edi|tio in hac plane | renata videri possit | Confer iudica et fruere || Adiecta chronographia ex Eusebio aliisque nonnullis vete|rum monumentis selecta, summa brevitate complectens annos a | mundi exordio usque ad Christi nativitatem || Coloniae ex officina Eucharii Cervicorni, Anno 1530.

γ Editio Parisina Roberti Stephani secunda, anni 1532, *in qua codices magni momenti editor adhibuit, nimis vero textui hebraico adhaesit:* Biblia | breves in eadem an|notationes, ex doctiss. interpretationi|bus, et Hebraeorum commentariis. | Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum. | Index copiosissimus rerum et sententiarum vtriusque testamenti. | Parisiis, ex officina Roberti Stephani M. D. XXXII. | cum priuilegio Regis.

Editio Parisina Roberti Stephani quarta, anni 1540, *iuxta sententiam* ε
Theologorum Universitatis correcta: Biblia | Hebraea, Chaldaea, Graeca et Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolo|rum, vrbium, fluuiorum, montium, caeterorumque locorum quae in Bibliis leguntur, re|stituta, cum Latina interpretatione. | Locorum descriptio e Cosmographis. | Index praeterea rerum et sententiarum quae in iisdem Bibliis continentur. | His accesserunt schemata Tabernaculi Mosaici, et Templi Salomonis, quae praeeunte Fran|cisco Vatablo Hebraicarum literarum Regio professore doctissimo, summa arte et fide | expressa sunt. | Parisiis | ex officina Roberti Stephani typographi regii. | M. D. XL | cum priuilegio Regis.

Editio Antverpiana Theologorum Lovaniensium, anni 1583, *Luca* ι
Brugensi textum Iohannis Hentenii retractante. A Stephanicis procedit et Sixtinae fons principalis fuit: Biblia sacra. | Qvid in hac | editione | a Theologis | Lovaniensibus | praestitum sit, | eorvm | praefatio | indicat | Antverpiae, | ex officina Christophori Plantini | M. D. LXXXIII.

Codex Carafianus (*hodiernus* Cod. Vat. Lat. 12959-12960) *exemplar* υ
est editionis Theologorum Lovaniensium anni 1583, in cuius textu marginibusque Cardinalis Antonius Caraffa inscribi iussit correctiones quas proposuerat Congregatio doctorum cui praeerat, quasque Sixtus V aliquando admisit, saepius vero reiecit. Notam υ *adhibuimus ubi consultores Congregationis Carafianae textum Lovaniensium intactum reliquerunt; littera* ϖ, *e contra, signavimus novas lectiones quas proposuerunt, sive* ϖ
mutando, sive omittendo, sive adiungendo.

Editio Romana Sixti V Papae, anni 1590, *paulo post suppressa;* ϛ
Biblia sacra ¦ vvlgatae editionis | ad | Concilii Tridentini | praescriptum emendata | et | a Sixto V. P. M. ¦ recognita et approbata. ¦¦ Biblia ¦ sacra | vvlgatae | editionis | tribus tomis ¦ distincta | Romae ¦ Ex Typographia Apostolica Vaticana ¦ M D X C. *Hanc editionem paucis mutatis iteravit sequens.*

Editio Romana typica Clementis VIII Papae, anni 1592, *cuius titulus* ϲ
est: Biblia | sacra | vvulgatae | editionis ¦ Romae | Ex Typographia Apostolica Vaticana ¦ M D XCII. ¦¦ Biblia sacra | vvlgatae editionis | Sixti Quinti | Pont. Max. | iussu | recognita atque edita.

De codicum divisione in classes, pauca hic addemus his quae iam in Commentatione nostra de constituendo Vulgatae textu (Mémoire *etc.*) *supra citata exposuimus.*

a) *Codices universos quos novimus ab unico eodemque archetypo pendere ex hoc comprobatur quod omnes in sequentibus manifestis erroribus concordant:*

GEN. *10, 9,* ab hoc exivit proverbium, *pro* ob hoc exivit proverbium.

24, 32, aquam ad lavandos pedes camelorum, *pro* aquam ad lavandos pedes eius

32, 22, et transivit vadum Iacob, *pro* et transivit vadum Iaboc

EXOD. *38, 24-25, omittuntur verba:* Numerus autem argenti de donariis populi, centum talentorum et mille septingentorum septuaginta quinque siclorum, ad mensuram sanctuarii, medium sicli per capita singulorum.

Verba haec Exodi quae S. Hieronymi vertendi modum omnino sapiunt, in margine tantum paucorum codicum ad nos pervenerunt.

Huiusmodi errores archetypum ab originali iam dissimilem fuisse plane demonstrant.

b) *Codices* Φ^{RAZGVP} *inter se cohaerere familiamque constituere nemo est qui dubitet. Ex historia horum librorum, plerumque eximie ornatorum, in usum regum et imperatorum, atque ex variis versibus in textu eorum insertis, facile deducitur eos recensionem repraesentare de qua Alcuinus, eius auctor et Sancti Martini Turonensis abbas doctissimus, ad Giselam Caroli Magni imperatoris sororem, anno 800, his verbis scribebat:*

> Totius forsitan Evangelii expositionem direxerim vobis, si me non occupasset domni regis praeceptum in emendatione Veteris Novique Testamenti.

Prologus Alcuini duplex infra datur p. 44 et seq.

c) *Similiter concedunt omnes recensionem Theodulphi, Aurelianensis episcopi, eodem tempore, maiori quidem studio scientiaque, minori tamen fortuna curatam, in codicibus* Θ^{HAMG} *haberi. Theodulphi prologum versibus conscriptum infra adeas, p. 52 et seq.*

d) *De codicibus recensionem saeculo XIII Parisiis usitatam exprimentibus, scilicet* Ω^{SJM}, *res liquida est. Origo librorum notissima dubitandi locum omnino tollit; lectiones insuper quas Rogerus Bacon in exemplari*

Parisiensi corruptissimo invenisse se testatur cum nostro praesertim Ω^{M} *aliisque plerumque concordant.*

e) *Item textum in Italia saeculo* XII *probatum iam v. cl. Sam. Berger in familia nostrorum* Ψ^{BDFM} *exhiberi optime vidit. Huius classis codices etiam forma externa prodit.*

f) *De modo quo inter se cohaerent codices* $C\Lambda X\Sigma B$, *ex Hispania oriundi, quaestio aliquantulum intricatior est. Attamen* Σ^{TOM} *et* Λ^{LH} *classes minores constituere ex innumeris eorum concordiis facile deducitur, et aliunde loci non desunt in quibus codices hispanici, simul cum Casinensibus* Π^{CD}, *lectiones sibi proprias exhibent. Accipe v. g. exempla ex solis novem prioribus Genesis capitulis desumpta:*

1, 21, mutabilem $G^{C}C^{*}\Lambda^{L*}X\Pi^{CD2}\Sigma^{M}A$.
26, universae (que *om.*) $CX\Pi\Sigma^{TOM}O\Psi^{F*}$.
2, 12, bidellium $C^{2}\Lambda X\Psi^{M}$.
19, ipsut $C\Lambda^{L}XB$.
24, derelinquet $X\Sigma^{T}B$.
5, 8, nungentorum $G\Lambda^{L*}X^{*}B$.
22, Deo + et vixit Enoch $C\Lambda^{LH}X\Sigma^{TOM}B\Omega^{SJ}$.
31, genuit + tres filios $C^{*}X$.
6, 1, filios $CX\Sigma^{TOM}\Psi^{DF2}$.
8, noae $C\Lambda^{L}\Pi^{C}\Sigma^{O}$.
9, noae $C\Pi^{C}\Sigma^{O}B$.
13, dixitque CX.
17, et interficiam $C\Sigma^{TO}B\Omega^{S*J}$.
7, 8, et *om.* $C\Lambda^{H}\Sigma^{TM}$.
19, operti sunt (que *om.*) $C^{*}X$.
8, 9, in arc(h)a $GCXB$.
9, adprehendens + eam $C\Lambda^{LH}P^{*}$.
10, ex arcam $G^{*}X\Pi^{C*}$.
11, ad vesperum $\Lambda^{L*}X\Sigma^{TO}BT^{*}$.
13, ex(s)iccasset $G^{*}C\Sigma^{TM}$.
17, cunctaque $G^{C}\Lambda^{H}X\Sigma^{TOM}\Omega^{S}$.
9, 15, omne $\Pi^{CD*}\Sigma^{T}P^{*}$.
19, omne *om.* $C\Lambda^{LH}X\Sigma^{TOM}BAP^{*}$.
21, nudatus iacuit $C^{2}\Lambda^{L}X\Sigma^{TOM}B$.
29, nungentorum $GX\Pi^{C}\Sigma^{T}B$.

g) *Haec de codicibus descriptis tempore Caroli Magni et postea, saeculis videlicet quibus doctorum virorum curae variis Bibliorum recensionibus distinctas affingunt formas et quasi ora agnitu faciliora.*

*Quid vero de libris antiquioribus? Tres praecipui sunt GA et O, Pentateuchus Turonensis scilicet, Amiatinus et Ottobonianus. Eos in Commentatione supra citata satis inter se vicinos esse demonstravi, et Turonensem Hispanicis, Amiatinum Alcuinianis, Ottobonianum Theodulphianis praeesse. Qui enim cum Hispanicis saepius concordat Turonensis est, et Cavensis, qui ipsi propinquior est, medius simul apparet inter eum et sequentem Complutensem (*Mémoire, *p. 309). Simili argumento codices T et M medios esse inter Amiatinum et Alcuinianos probavi (*Ibid. *p. 280); item* Θ^{H} *interponi inter Ottobonianum et Theodulphianos (*Ibid. *p. 257).*

h) *De Ottoboniani connexione cum Theodulphianis non desunt aliunde indicia ex communibus erroribus desumpta:*

18, 16, dixerunt (*pro* direxerunt) $O\Theta^{M*}$.
19, 30, filiae eius + cum eo $O\Theta^{A2M2}\Omega^{S}$.
22, 13, filio + suo $O\Theta^{AM*G2}$.
23, 12, coram + domino et $O\Theta^{AM*P2}\Omega^{S}$.
24, 5, egressus est $O\Theta^{A}$.
19, quin + etiam $O\Theta^{AMG2}$.
47, manibus + eius $\Pi^{D}O\Theta^{AMP2}\Omega$.
50, responderuntque $\Pi^{D}O\Theta^{AMGP2}$.
63, oculos + suos $O\Theta^{MG2}$.
65, ei *om.* $O\Theta^{A*M}$.
25, 17, deficiensque $O\Theta^{AMP2}$.
18, respicit + ad $O\Theta^{M}$ *(?)*.
24, venerat + ei $O\Theta^{AM2}P$.
33, ergo *om.* $O\Theta^{A}$.
26, 9, mentitus es + eam $G^{C}O\Theta^{AMGP2}$.

i) *Rara equidem sunt loca in quibus* ATM *et* Φ *soli testes sunt alicuius lectionis; familia enim alcuiniana talem habuit in alias influxum, ut difficile sit variantem invenire in quam codices aliarum classium cum eius libris aliquocumque modo non conveniant. Attamen aliqua inveniuntur huius generis loca non spernanda, ut, verbi gratia:*

16, 6, utere eam $\Pi^{C}A*T*\Phi^{RA*Z*GVP}$.
31, 52, aut tu praeteriens $ATM*\Phi^{RAZ*GVP}$.

32, 7, oves boves (et *om.*) *ATM.*
50, 3, septuaginta dies $A\Phi^{RAZGVP}\Psi^{M}\Omega^{M}$.

Sed hi errores sunt qui facillime corriguntur et ideo difficillime perseverare possunt. Si vero adeamus in apparatu nostro loca ubi universa codicum traditio exhibetur, facile notabimus alcuinianos semper aut fere semper in eadem parte versari ac A et TM, classemque Φ ubique ab aliquo saltem eorum initium sumere. Accipe v. g., ex solis quinque prioribus Genesis capitulis, omnia loca in quibus apparatum positivum seu universorum codicum lectiones dedimus:

1, 4, ac tenebras $AM\Phi^{A*}$; a tenebris $T\Phi^{RA2ZGVP}P^{2}$.
14, ut dividant $ATM\Phi^{RAZG}$.
15, et luceant $TM\Phi^{RAZGVP}$.
21, motabilem $TM\Phi^{RAZGVP}$.
21, produxerant $AT^{2}M^{2}\Phi^{RAZGVP}$.
2, 4, creatae sunt $A^{*}TM\Phi^{RAZGVP}$.
11, evilat $TM\Phi^{RAZGVP}$.
12, onichinus $T\Phi^{RAZGVP}$.
14, euphrates $TM\Phi^{RZGVP}$.
18, adiutorium $ATM\Phi^{RAZGVP}$.
18, similem $AT^{*}M^{*}\Phi^{A*Z*GV}$.
18, sui $ATM\Phi^{RAZGVP}$.
20, adam $ATM\Phi^{RAZGVP}$.
25, erat $AM\Phi^{VP2}$; erant $T\Phi^{RAZGP*}$.
25, nudus $AM\Phi^{VP2}$; nudi $T\Phi^{RAZGP*}$.
3, 2, edemus *A*; vescemur $T^{*}M$; vescimur $T^{2}\Phi^{RAZGVP}$.
15, ipsa $AT^{2}M\Phi^{RAZGVP}$.
17, adae $TM\Phi^{RAZGVP}$.
17, comedes eam $AT\Phi^{RAZGVP}$.
20, eva $T\Phi^{RAZGVP}$.
21, adam $AT\Phi^{RAZGP}$.
4, 1, evam $T\Phi^{RAZGVP}$.
15, cain signum *ATM*; cain in signum Φ^{RAZGVP}.
18, maviahel $ATM\Phi^{RAZGVP}$.
18, matusahel (1) $A^{\dagger}T\Phi^{RAZGVP}$.
18, matusahel (2) $T\Phi^{RAZGVP}$.
20, iabel $T^{*}\Phi^{VP}$; iabál $T^{2}M^{2}\Phi^{A\dagger ZG}$.

5, 21, mathusalam $AM\Phi^{RZGVP}$.
27, mathusalae $ATM\Phi^{RA2ZGVP}$.
31, sem et $AT\Phi^{GV}$; sem (et *om.*) $M\Phi^{RAZP}$.
31, cham $TM\Phi^{RAZGVP}$.

Haec exempla, et alia eiusdem generis fere innumerabilia, de intima relatione codicum Φ^{RAZGVP} cum TM et A omne dubium certissime tollunt.

k) *Quae cum ita sint, divisionem testium in tres primarias classes, quam in Commentatione nostra saepe citata exposuimus, servandam esse credimus. Tenemus insuper codices praecipuos antiquioresque GAO separatim a communi archetypo pendere (*Mémoire, *p. 453).*

l) *Lex igitur quam in constituendo textu secuti sumus haec est:*

Lectionem codicum GAO recipimus ubicumque inter se concordant; ipsis vero in partes euntibus, lectionem duorum GO, vel GA, vel AO, contra tertium discordantem. Ubi autem G deficit, vel O, ad internam criticen recurrimus, ratione tamen habita codicum CΛΠ qui G supplere aliquomodo possunt, vocatisque aliquando in testimonium T et M.

m) *Textus ideo quem restituere intendimus is est qui in archetypo codicum GAO, totius traditionis nostrae fonte, testeque hieronymiani originalis omnium qui attingi possunt remotissimo, legebatur. Hunc religiosissime expressimus et ea tantummodo loca in eo correximus, duplicique cruce ad eruditionem lectoris signavimus, quae certissime corrupta esse compertum est. Vocabula vero hominum, vel urbium, aut nationum quae in codicibus saepissime variant, non ad formam quae in unoquoque loco e testium divisione erui posset, sed ad eam quae, universis locis inter se collatis, probabilior veraciorque apparet reduximus.*

Nunc ad formam editionis nostrae veniamus. Textum in paginarum superiori parte per cola et commata *disposuimus, eumque, in inferiori earumdem parte, triplici apparatu ornavimus.*

Sanctum Hieronymum textum Prophetarum per cola et commata *ordinasse omnes norunt. Ipse in praefatione quam praemisit translationi Isaiae ex hebraica veritate declarat:*

> Nemo cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebraeos ligari, et aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis; sed quod in Demosthene et Tullio solet fieri, ut *per cola scribantur et commata,* qui utique prosa, et non versibus con-

scripserunt: nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam, novo scribendi genere distinximus.

Similiter in Ezechielis praefatione:

Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram, qui *per cola scriptus et commata* manifestiorem sensum legentibus tribuit.

Quod vero pro legentium utilitate in prioribus translationibus suis agendum censuit, hoc et in ultimis se fecisse testatur, cum in praefatione libri Iosue (404-405) scribit:

Monemusque lectorem ut silvam hebraicorum nominum *et distinctiones per membra divisas* diligens scriptor conservet, ne et noster labor et illius studium pereat.

Recte igitur asserit Cassiodorus (De institutione divinarum litterarum, cap. XII) *Hieronymum,* propter simplicitatem fratrum, omnem translationem suam colis et commatibus ordinasse, *et nos divisiones quas in codicibus nostris antiquioribus invenimus ipsi Hieronymo tribuimus. Eas igitur ad codicum fidem expressimus, omni alia omissa verborum interpunctione.*

Primus noster notarum apparatus de constituto textu archetypi rationem reddit in omnibus locis ubi codices GAO inter se non concordant, dummodo qui variat solus non evadat, sed alii e recentioribus aliqui ei suffragentur. Modus igitur hic indicatur quo legi paulo supra enunciatae obtemperatum fuit.

Secundus apparatus ad historiam textus spectat et omnium codicum et editionum varias lectiones refert exceptis mere orthographicis, de quibus in fine libri diffusius agetur. Fontes hic varietatum, ut fieri potuit, indicavimus, concordiamque cum hebraeo et LXX ubi utilitatem aliquam afferre visa est. Scriptorum vero ecclesiasticorum qui pro aliqua lectione citantur non solum nomina, sed et opera, capitulaque notantur. Ex Correctoriis *plura transcripsimus quae usitatas medio aevo lectiones illustrant. Codicibus citatis usi sumus, aliisque qui passim indicantur. Notas quoque ad haec digerenda Correctoriorum excerpta prae manibus habuimus quas e libris antiquis eruit Carolus Vercellone, Barnabita, vir doctissimus, studiorumque ad Vulgatum textum pertinentium optime meritus.*

Tertius denique apparatus divisiones textus exhibet, maiores quidem, id est numeros capitulorum, ex codicibus omnibus; medias vero, id est paragrapha et minores seu cola et commata ex GCATO.

Prologos, veteresque titulos qui in codicibus Bibliorum variis libris praemittuntur, post Carum, Ven. Thomasium, Vezzosium, Martianaeum, Sabaterium et Tischendorfium dedimus, ope suffulti collectionis quam sub titulo Sommaires *et* Préfaces de la Bible latine *e manuscriptis eruit et in usum Pontificiae Commissionis praelo privatim submisit D. Donatianus De Bruyne. Sed codices a praedecessoribus meis adhibitos iterum vidi, novosque plurimos addidi, necnon varias textuum formas quae hic primum eduntur.*

Prologi quorum textus in principio libri datur, ii sunt qui in pluribus inveniuntur codicibus Bibliorum: epistolam scilicet LIII sancti Hieronymi, ad Paulinum, Frater Ambrosius, *quae a saeculo* IX, *praesertim in alcuinianis codicibus adest; excerpta e libro VI Etymologiarum sancti Isidori:* Vetus testamentum *etc. ... quae theodulphianorum sunt; prologos quoque Alcuini et Theodulphi poeticos. De epistola LIII sancti Hieronymi notandum est nos non eius textum originalem dedisse, sed recensionem iam multis in locis corruptam quae in codicibus nostris Bibliorum adest. Duplex enim invenitur in libris epistolarum sancti Hieronymi huius epistolae traditio, altera in codicibus Petropolitano* I, *15 (Λ) et Monacensi lat. 6299 (H), utroque saec.* VIII-IX; *altera in codicibus Cenomanensi 126 (P) saec.* IX, *Turicensi Augiensi 41 (Σ) saec.* IX, *Vaticano lat. 355-356 (D), saec.* IX-X, *Vindobonensi lat. 746 (S) saec.* XIII. *Accipe exempla lectionum utriusque classis ex editione Is. Hilberg (Vindobonae, 1910):*

3, 1, tua *ΛH;* tua mihi *PΣDS.*
2, allocutionis *ΛH;* amicitiarum *PΣDS.*
4, 1, est *ΛH;* est et *PΣDS.*
2, corporum tantum *ΛH;* tantum corporum *PΣDS.*
4, legimus enim *ΛH;* legimus *PΣDS.*
4, populos adisse *ΛH;* adisse populos *PΣDS.*
7, incognita graecis *ΛH;* magna graecia *PΣDS.*
7, dicebantur *ΛH;* dicebatur *PΣDS.*
9, magister erat *Λ(H);* magister erat et potens *PΣDS.*

Codices nostri Bibliorum semper partes tenent codicum PΣDS et ideo, pessimas lectiones exhibent ut sequentes: Ad Titum Livium lacteo eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hispaniarum Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus *pro:* de ultimo Hispaniae vel

terrarum orbe venisse Gaditanum quendam legimus; *aut:* Malachias propheta, immo per Malachiam Dominus interrogavit sacerdotes legem, *pro:* interroga ait sacerdotes legem. *In his et similibus locis traditionem codicum nostrorum, non vero primigenium textum exprimere intendimus.*

De praefatione sancti Hieronymi in Pentateuchum: Desiderii mei *et de Capitulis, sive Titulis aut Brevibus qui in codicibus libro Genesis praemittuntur, pauca hic dicemus. In apparatu critico praefationis* Desiderii mei, *sicut in aliis prologorum, farraginem variarum lectionum universam exhibuimus ad demonstrandam indolem codicum nostrorum. Inter alia, ex immani errorum multitudine in transcribendis linguae graecae vocabulis, facile apparet librarios saeculi IX fere omnes, etiam in schola turonensi, hanc linguam ignorasse.*

*Capitula in duas dividuntur maiores classes: ea quae desumpta fuere ex antiquis versionibus et ea quae a textu vulgato procedunt. E priori classe, series quam littera Γ signavimus testem olim habuit Pentateuchum Turonensem (G) hodie acephalum. Divisiones re vera textus maiores, numerique capitulorum qui in huius codicis Genesi inveniuntur cum hac serie plane concordant; capitula, insuper, librorum Exodi, Numerorum et Deuteronomii, in eo inserta ad eam quoque pertinent. Titulos istos seu Breves, cum antiqua versione, in Commentatione iam citata (*Mémoire, *p. 347), contuli. Ibidem (p. 287, 346) monstravi seriem Λ ex antiqua versione et ipsam fluxisse, codicesque* Λ^{L} *et* Π^{CD} *communi fonte viciniores esse quam* Φ^{RAZGP}. *De serie Δ quoque res patet:*

Δ	LUGD.	Vulg.
CXVI. *Ubi Iacob* lapidem ad caput posuit.	*28, 11, accepit* lapidem ... *et* posuit ad capud *suum* ...	*28, 11, tulit de lapidibus ... et supponens capiti suo ...*
CXX. *De* mala mandragora.	*30, 14, et invenit* mala mandra(g)ora.	*30, 14, repperit mandragoras.*

Attamen et Vulgatus textus interdum in ea usurpatus est:

Δ	LUGD.	Vulg.
CXXXVIII. *Ioseph somnium vidit unde fratribus* invidiae fomitem subministravit.	*37, 8, et adiecerunt magis odisse eum propter somnia eius et propter verba eius.*	*37, 8, haec ergo causa somniorum atque sermonum* invidiae *et odii* fomitem ministravit.

Sed haec satis sint de provincia quam hic nostri non est explorare. Textus manibus subdimus doctorum; ipsi eis ad conficiendam sacri voluminis historiam utantur.

Superest ut viris humanissimis qui me in hoc volumine conficiendo adiuverunt gratias agam et in primis Emo Cardinali Aidano Gasquet, praesidi, et Rmo Abbati Ambrosio Amelli vice-praesidi Pontificiae Commissionis, quorum doctissimis consiliis saepe usus sum. Optimis quoque confratribus: D. Anselmo Manser, Beuronensi; D. Adriano Weld Blundell, Fortaugustano, et tot laborum socio D. Albino Brunet, Solesmensi, Commissionis sodalibus; D. Anselmo Albareda, Monteserratino: D. Petro Blanchard et D. Carolo Taillefer, Solesmensibus, D. Vedasto Godu, Farnburgensi, eiusdem coadiutoribus electis, qui omnes summa erga me benevolentia et, in operis profectum, ingenio, doctrina, assiduitate nunquam satis laudandis, improbo saepe labori, per plures annos, alacri religiosoque animo se dederunt, gratias debitissimas persolvo. Et Deum ut incoeptum opus ad felicem exitum gratiae suae donis perducere dignetur, grati supplicesque deprecamur.

H. Q.

TOTIUS DIVINAE BIBLIOTHECAE

PROLOGI

ELENCHUS CODICUM

I. Epistolae S. Hieronymi ad Paulinum presbyterum.

a) *Codices prioris familiae.* (*Epistolarum*)

λ Petropolitanus I, 15 quarto. S. VIII–IX.
H Monacensis lat. 6299. S. VIII–IX.

b) *Codices alterius familiae.*

1. *Epistolarum*

P Cenomanensis 126. S. IX.
Σ Turicensis Augiensis 41. S. IX.
D Vaticanus lat. 355. S. IX.
S Vindobonensis lat. 746. S. IX.

2. *Biblici*

ΦR Parisinus lat. 3. S. IX.
ΦA Parisinus lat. 11514. S. IX.
ΦZ Turicensis Carolinus C. 1. S. IX.
ΦG Londinensis Add. 10546. S. IX.
ΦP Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros. S. IX.
ΛH Matritensis, Acad. Hist. 2. S. XII.
P Parisinus lat. 11504. S. IX.
ΨF Vaticanus lat. 12958. S. XI–XII.
ΨM Mediolanensis, Ambros. B. 47. Inf. S. XII.
ΩJ Parisinus lat. 16719. S. XIII.
ΩM Parisinus, Mazarinaeus 5. S. XIV.
C Parisinus lat. 1. S. IX.
V Parisinus lat. 2. S. IX.
R Parisinus lat. 6. S. X.
G Parisinus lat. 7. S. XI.
D Parisinus lat. 10. S. XII–XIII.
E Parisinus lat. 12. S. XII.
F Parisinus lat. 17. S. XII.
H Parisinus lat. 48. S. XII.
n Parisinus lat. 50. S. XI.
K Parisinus lat. 53. S. XII.
L Parisinus lat. 57. S. XII.
N Parisinus lat. 60. S. XV.
O Parisinus lat. 10431. S. XII.
h Parisinus lat. 11511. S. XII.
S Parisinus lat. 11539. S. XIII.
W Parisinus lat. 15176. S. XII.
X Parisinus lat. 15177. S. XII.
Y Parisinus lat. 15478. S. XII.
B Parisinus lat. 16267. S. XII.
I Turonensis 5. S. XIII.
α Editio princeps (a. 1452?), 42 lin. dicta.
ϱ Editio Gobelini Laridii, a. 1530.

II. Excerptorum e libro VI Etymologiarum S. Isidori episcopi.

a) *Recensio codd. Theodulfianorum.*

ΘA Aniciensis, Capituli. S. IX.
ΘM Parisinus lat. 9380. S. IX.
W Parisinus lat. 15176. S. XI.
Ar. Editio Faustini Arevalo (P. L. 82, 229).
Li. Editio W. M. Lindsay, Oxonii 1911.

b) *Recensio interpolata cod. Complut.*

X Matritensis, Univ. 31. S. X.

III. Duplicis prologi Alcuini abbatis.

a) *Forma longior.*

V Vindobonensis lat. 1190. S. IX.
W Parisinus lat. 15176. S. XI.

b) *Forma brevior.*

ΦZ Turicensis Carolinus C. 1. S. IX.
P Parisinus lat. 11504. S. IX.
W Parisinus lat. 15176. S. XI.
H Londinensis Harleianus 1023. S. XIII.

IV. Prologi Theodulfi episcopi.

ΘA Aniciensis, Capituli. S. IX.
ΘM Parisinus lat. 9380. S. IX.
V Parisinus lat. 2. S. IX.
K Parisinus lat. 53. S. XII.
L Parisinus lat. 57. S. XII.
N Parisinus lat. 60. S. XV.
X Parisinus lat. 15177. S. XII.
Y Rothomagensis 7. S. XII.

I

EPISTOLA LIII SANCTI HIERONYMI AD PAULINUM PRESBYTERUM

IUXTA RECENSIONEM CODICUM BIBLICORUM QUI OMNES LECTIONI CODICUM ALTERIUS CLASSIS EPISTOLARUM ADHAERENT (cf. PROLEGOMENA).

Frater Ambrosius tua mihi munuscula perferens detulit et suavissimas litteras quae, a principio amicitiarum, fidem probatae iam fidei et veteris ami-

---

Codices prioris familiae.

Tit. In nomine dei summi incipit aepistola hironimi ad pulinum (*sic*) hironimus in opido stridonis hanc aepistolam sub theodosio imperatore scripsit λ — Incipit epistula hieronimi de cano ad paulinum. haec inscriptione hiero de can. sed aliquid auctoribus esse traditur. auctorum enim mos est quandocumque suam personam demonstrant initis demonstrare librorum et non scriptionibus ut paulum servus xpi ihesu et cetera. hieronimum enim hanc epistolam scripsisse non dubitamus. nunc vero certum difinimus locum H.

1. mihi *om.* λH | adferens H | detullit λ | et] simul λ; *om.* H | 2. a] in λH | amicitiarum] alloquutionis λ; allocutionis H | iam *om.* H | fidei et veteris *om.* λH.

Codd. alterius familiae. Desunt Φ^{A} *et* S (*usque ad* 2, principio).

Tit. Item ad paulinum presbyterum de studio scripturarum *P* — incipit hieronimi ad paulinum pbr de omnibus divinae hystoriae libris *Σ* — item epla sancti hieronimi secunda ad paulinum presbyterum de omnibus divine historie libris. scripsi ego manu *D* — item iermi epla secunda ad paulinum pbrm de de (*sic*) omnibus divinis istorie libris *S* — incipit epistola sancti (beati h, *om.* Φ^{Z}) hieronimi (iheronimi EF, ieronimi $\Psi^{M}\Omega^{J}$GnKLOhXBI) presbyteri (presbiteri Ψ^{F}GNI, *om.* $\Phi^{ZG}P\Omega^{J}$CFKLW) ad paulinum presbyterum (presbiterum $\Psi^{F}\Omega^{J}$GKLNW, episcopum F, *om.* OXBI) de omnibus divinis (divinae L, divine Ω^{J}E FKNOhXBI) historiae (historie $\Psi^{F}\Omega^{J}$EFN OB, hystorie KhX, hystorie I) libris Φ^{ZG} P$\Psi^{FM}\Omega^{J}$CGEFnKLNOhWXBI — ... divinis historiae libris R (*initio lacerato*) — incipit epistola sancti (beati Φ^{P}) hieronimi ad paulinum presbyterum de omnibus divinis novi et (ac Φ^{P}) veteris testamenti libris Φ^{RP} — hieronimus ad paulinum presbyterum de omnibus divinae historiae libris V — in nomine domini incipit epistola iheronimi presbiteri ad paulinum presbyterum de omnibus divinis ystorie libris D — in nomine domini nostri ihesu christi incipit prologus sancti iheronimi presbyteri ad paulinum episcopum de omnibus divinis historie libris H — hieronymus paulino ℊ — *sine titulo* $\Lambda^{H}\Omega^{M}$Yα.

1. michi $\Psi^{FM}\Omega^{J}$GDnLOhYα | ∼ mi(h)i tua Ω^{M}OI | praeferens HO; proferens V | perferens + simul O | detulit + simul Ω^{J}*FNhIα | et *om.* $\Lambda^{H}\Omega^{M}$Y | 2. literas D | que Ψ^{M}KLO hYBIα | a] in *P*, Φ^{RP} Ψ^{FM}RGDHnY | amiciciarum Λ^{H}GDFHK NOhSWBα; allocutionis Ω^{M} (*et in mg.* amiciciarum) Y | probate $\Phi^{P}\Lambda^{H}\Psi^{FM}\Omega^{JM}$ VGFHKNOhSYBα | iam *om. DS*, n^{2} | ∼ iam probatę L | iam fidei *om.* h | fidei] n^{*}; fide n^{2}; *om. P*, P | fidei et] tunc Y | et *om.* $\Phi^{P}Pn^{2}$ | amicicię RGH; amicitie Ω^{J}YI; amicicie $\Lambda^{H}\Omega^{M}$F KNOhSBα | amicitiae + nova Ω^{J}FI.

citiae praeferebant; vera enim illa necessitudo est, et Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris non praesentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio sed Dei timor et divinarum Scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, novos adisse populos, maria transisse, ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent. Sic Pythagoras memphiticos vates, sic Plato Aegyptum et Arcitam tarentinum eademque oram Italiae quae quondam magna Graecia dicebatur laboriosissime peragravit, ut qui Athenis magister erat et potens, cuiusque doctrinas academiae

---

Codices prioris familiae.

1. amicitiae + tunc λ; + iam tunc H | perferebant λ | nequesitudo H | et *om.* λH | gluttino λH copulata + est H | 2. familiaris + ut H | ∼ corporum tantum λH | 3. palpitans λ | timor domini λH | concitant λH | 4. legimus + enim λH | lustrare H | novas novosquae H | ∼ populos adisse λH | 5. maria] metre H | 6. pithagoras λ; phitacoras H | memphitico H | archytam λH | terrentium λH | 7. etiamque λ; eumque H | hora H | quandam λ*; quanqam λ² | magna graecia] incognita grecis λ; grecis incognita H | dicebantur λH | 8. erat] fuit H | et potens *om.* λH | doctrina λ; doctrinam H | achadimie λ.

Codd. alterius familiae. Desunt Φ^A *et* S (*a* 7, laboriosissime).

1. preferebant Ψ^MΩ^JDELOI; perferebant Hh | vera] C*; vere Σ, V; vetera Φ^RZGPC²RH | necessitudo] caritas X | et] in Φ^RZPRHnN (*et int. lin.* vel et) W | ∼ et est X* | et + in Φ^GD n* KLS | christo Φ^G | 2. presentia Ψ^MΩ^JDn OY; presencia h | corporis L | 3. et] atque I | adulacio Ω^M; adolatio Φ^RGPΨ^F*^MCV | set Ω^J| dei] domini *P*, Φ^PPh | ∼ timor domini h | consciliant I; concilient Σ, W* | 4. hystoriis Φ^ZEKOhX; istoriis H; ystoriis G | provintias Φ^ZGPPΩ^JVREOXY | novas I* | adiisse α | 5. mare Ω^M | transsisse h*Y | noverat Ψ^M | quoram R | (co)ram + se R; + eis I² | 6. sic] sicut O | pytagoras EFn²NSWB; pithagoras *P*, Ω^JV; pitagoras CΩ^MR*HKOhXYIα; pitagora*Σ*; pictagoras Λ^HR²L; phytagoras Ψ^FGn*; phitagoras *DS*, D; phitagora*Σ²; phytagoris Ψ^M | memphyticos Φ^ZPR*; menphiticos Ω^JDEO; memfiticos C; menfiticos LB; memphiticus PG; memphyticus R²; menphiticus Ψ^M | vatis P | egyptum Ψ^FΩ^JF KOhSXYB; egiptum H; egiptum Λ^HΩ^M GLNα; egyptuΨ^M | arcitam] Φ^Z*W*B*; architam Φ^Z²Ω^JMGDEFHKSW²XB²αg; architham Y; arcitan Λ^H; arcytam h; arcita P; archita *S;* architem NI; architen O | tharentinum I; tarantinum Σ²*D*, Φ^G Ψ^MVRGDn*; tarentitinum Y; tarrantinum h; taratinum Σ* | 7. eademque] C* R*L*; eandemque Ω^Mn²OXI; eamdemque K; easdemque L²N; ea idemque R²; eaque P; eamque *P*, C²Ω^JEFn²YBαg | ora *DS*, Λ^HV²L*; oras L²N; horam Φ^F Ψ^FΩ^MCFO*XI; hora Σ, Φ^RZGPΨ^MV*RGD Hn*S | italie Λ^HΨ^FΩ^MFNSY; ytalie Ω^JO hBα | ithalię D; italiam H | italiae + in die n*; + in dieque n² | que Λ^HΨ^MΩ^J GHKOhSYBα | condam RGDH | magne Σ* | magna graecia] a grecis incognita Y | grecia Ψ^FMPΩ^JGDEFHnKLNOhSW Bα; gretia Φ^Z²Λ^HVX; grecie Σ*; gratia Φ^RZ*GC*; graecia****** R² (cia *sup. ras.*) | dicebantur Φ^P; videbatur et dicebatur H | laboriosissimae C; laboriossissime Y; laborisissime B | 8. paragravit h | peragravit + et NOIα | ut qui] atque *S* | atenis Φ^PΛ^H; athenas Σ*D**; apud athenas *D*² | ∼ et potens erat h | cuius (que *om.*) H; cuiuscumque Φ^Z* | doctrinam Ψ^F* Ω^MR²FNYg; doctrina *S*, Ψ^F²; doctrinae *P;* doctrinis Φ^ZPCR*HLW | academie Λ^H; acadimiae P; acadamię D* | achademiae Φ^RZGPΨ^MCVEnLWX; achademie Ψ^F Ω^JMRFHKNOhYBIα; achadamiae D²G*; achadamie G²; academia et *D*, achademia et Σ*.

gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto fugientes orbe persequitur, captus a piratis et venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captivus, vinctus et servus, tamen, quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Livium lacteo eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat unius hominis fama perduxit. Habuit illa aetas inauditum omnibus saeculis celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quaererent. Apollonius, sive ille magus, ut vulgus

5. Cf. Quintil. Inst. orat. x, 1, 32; Plin. epist. II, 3(8).

Codices prioris familiae.

1. geminassia λ | mallens λH | ∿ verecunde aliena H | 2. sua + alis λ | ing. inprudenter H; prudenter ing. λ | deinde H | dum λH | 3. fugiens λ; confugientis H | ∿ orbe fugiens λ | etiam *om.* λ | crudelissimus H | 4. paravit H | captius λ*; captus λ²; *om.* H | victus H | quia *om.* λH | mente λ; semente H | 5. se *om.* H | ad *om.* λH | libdium λ; lippeum H | manentem λ*; manante H | (manantem) + visendum H; + vis senno λ | de ultimo hispaniae vel terrarum orbe venisse tatianum quendam legimus λ; de ultimo spaniae vel terrorum orbe venisse ad thaianum quendam legimus H. *Cf. Plin. Epist. ii, 3 (8):* Numquamne legisti Gaditanum quendam Titi Livii nomine gloriaque commotum ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse statimque ut viderat abisse? | 6. quos] quem λH | 7. traxerat + vel H | 8. orbem H | totam λH | 9. ingressus alium λH | quereret λH | apollonus autem λ | maius H | vulgo H.

Codd. alterius familiae. Desunt Φ^{A} *et* S (*usque ad* 3, crudelissimo).

1. gimnasia $\Phi^{P}\Lambda^{H}$CRDHnLWXY; ginnasia Ω^{J}; gynnasia B; gimpnasia K; gimgnasia I^{2}; gymnisia h; gignasia Ω^{M}FOI*α; gimmasia Ψ^{F}; ginnasiae *S* | fierent I*; fieret* n | peregrinus + auditor EX | ∿ discipulus atque peregrinus E | mallens Φ^{RZ*G}P*Ψ^{M}C*RHn*W | verecundae Ψ^{F}; verecundie Ω^{M*} | 2. dicere *Σ* | inpudenter Ψ^{FM}RVDFnO²; imprudenter Ω^{M*}O* | gerere *Σ** | cum] n*; dum *P,* PΩ^{J} n^{2}Yg | literas Dg | 3. fugiente Ψ^{M}; fugiens Φ^{RZG}C*RHW*; surgentes GD | ∿ orbe fugientes Ω^{M}OIα | prosequitur Dh | pyratis $\Phi^{Z}\Omega^{JM}$GEN | venundatur Λ^{H} | ętiam R; *om.* Ω^{M}OIα | tiranno $\Lambda^{H}\Omega^{M}$VGFHK; thiranno D | crudelissime R | 4. paruit + ductus $\Omega^{J}F^{2}$Iα | captivis *S* | captivus + ductus Λ^{H}O | vinctus + ductus F* | servus + et I | quia *om.* *Σ** | phylosophus $\Phi^{Z}\Psi^{M}\Omega^{JM}$EKNOh; filosophus Λ^{H} | maiore mente *ΣD,* Ψ^{FM}RHn*OW; maior e mente DNY; maiorem mente *S;* maiori mente Φ^{P}Ph; maior mente G | 5. se *om.* *ΣD,* Ω^{M}n*hB | se + se N* | se fuit] servivit W^{2} (rvivit *sup. ras.*) | at *P* | ad titum] adtrum W* | tytum Ω^{J}FXBα | libium *ΣD,* $\Lambda^{H}\Psi^{M}$h; libię G | lacteo] n*; lactęo V; lacteę D; lacte Ψ^{FM}R*Gn²; late R^{2}H | eloquentie $\Lambda^{H}\Omega^{J}$FHKNOSBα; eloquencię D; eloquencie h; aeloq: R; eloquentem Y | eloquentiae + et GD | manentem *P*ΣD** | manantem + visendum Y | de] ex I | hispanie $\Psi^{M}\Omega^{J}$FSYBα; hyspaniae Φ^{Z}; hyspanie Ω^{M}KNOh; ispaniae V; yspanię G; spaniae *ΣD;* spanie Λ^{H}H; hispaniarum X | 6. galliarum (que *om.*) SB | quosdam] quondam *S* | ∿ legimus nobiles F | contemplacionem RG | 7. taxerat Φ^{P} | ∿ hominis unius Ω^{M} | perduxerat *Σ* | abuit RO | illic H | 8. etas $\Lambda^{H}\Psi^{M}\Omega^{JM}$FKNOhSXYBα | seculis Ω^{J}RDELSYαg; *om.* h | caelebrandum $\Phi^{ZP}\Psi^{F}$RGHW | tantum *Σ,* PR* | 9. aliut Λ^{H}G | quererent $\Lambda^{H}\Psi^{M}\Omega^{J}$RGDEHnKOWXYα | apolonius I; appollonius *Σ,* $\Lambda^{H}\Omega^{M}$NOα; appolonius Y; apollinius h | magus] magnus Φ^{P}.

loquitur, sive philosophus, ut pythagorici tradunt, intravit Persas, transivit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetravit, et, ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, pervenit ad Bragmanas ut Hiarcam in throno sedentem aureo et de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de moribus ac siderum cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palestinos reversus Alexandriam, perrexit Aethiopiam ut gymno-

---

Codices prioris familiae.

1. phitagorici λ; phitacorici H | caucassum λ; cauasum H | 2. massagitas λ | aepulentissima λ; epolentis ima H | india H | 3. finson λ*; fisonλ² | 4. hiiarcham H | 5. ac + de λ | edocentem H | 6. hilamithos λ; elimitas H | babilonios λ; babilloneos H | caldeos λH | assiros λ | siros λ | phinices λ; penices H | 7. palistinam λ; palastinam H | aethiopiam + audivit λ*; + adivit λ²; + ad H.

Codd. alterius familiae. Desunt Φ^{A} *et* S (*a* 2, penetravit, *usque ad* 6, Syros).

1. sive + ille N | phylosophus $\Phi^{ZG}\Omega^{J}$ CnKNhW; filosophus Λ^{H} | pytagorici Φ^{Z} GE*NSWB; pithagorici Ψ^{M}n; pitagorici $\Psi^{F}\Omega^{JM}$DFHKΟXYα; pictagorici Λ^{H}L; pythagorei P; pitagorei *Σ*; phytagorei h; phithagoraei *P*; phytagora *S;* phitarei *D;* propria R*; pytagoria R² | transivit] *PΣD,* Λ^{H}h; pertransivit $\Phi^{RZGP}\Psi^{FM}\Omega^{JM}$CV RGDEFHnKLNOSWXYBIα; pertransivitque *S* | 2. caucasum + montem *S* | scytas Ω^{J}GSY; scithas $\Psi^{F}\Omega^{M}$Ohα; scitas Λ^{H} Ψ^{M}CRDEFHnKNW | mas. segetas Φ^{P}; masagetas Ψ^{M}; massagethas *Σ*; messagetas D*; massagetes *S,* Ω^{M} | indie $\Phi^{P}\Lambda^{H}\Psi^{FM}$ Ω^{JM}VDFHKNOSBα; yndie h; in die Y; inde G | penitravit P; peragravit Ψ^{MG} | et *om. Σ*DS,* DhY | 3. ad extr.] ad ultimum Y | extremum + vero *S* | physon $\Phi^{RZGP}\Psi^{M}\Omega^{J}$VEnKNWXαg; fison *ΣD,* fyson CL; phson Y | amnę L | bragmanas] n*K*; bracmanas *D,* PΩ^{J}; brachmanas *P,* SBIg; braemanas h; bragmana n²; bragmanos K² | uti* yarcham H; uti arcam *ΣD,* Ψ^{F}*; uti archam G | 4. hiarcham PKLg; hyarcam OWα; hyarcham EYB; iarcam *S,* Ψ^{M}Vn*h; yarcam Λ^{H}D; harcam R | in *om.* RH | trono $\Lambda^{H}\Omega^{M}$RGH KX | trono + que R | ∼ sedentem trono H | aureo] anexo H | potanteΛ^{H} | 5. motibus g | ac siderum cursu] PΨ^{F}Gn²h (syd.); ac siderum cursus Ψ^{M}n*; ac dierum siderum cursu Φ^{Z}; ac dierum siderum cursus Φ^{RG}C*; ac dierum si... (*cet. non leguntur*) R; ac dierum cursu et siderum Λ^{H}; ac dierum siderumque (syd. KXY) cursu EKLXY; ac dierum siderumque (syd. W) cursus HW; ac dierum siderumve cursu N; ac dierum ac siderum cursu F; ac de dierum et siderum cursus C²; ac de dierum siderumque cursu V; ac de dierum syderumque cursus *Σ*²; ac de cursu dierum et siderum (syd. I) Ω^{M}OIα; ac de siderum cursu (cursus *D**) *PDS;* et dierum siderumque cursu D; et dierum siderumque cursus B; de cursu dierum et syderum Ω^{J}; siderum ac dierum cursu g; siderum cursus Φ^{P} | dicentem Ψ^{M} | 6. aelamitas *PΣ,* Wg; helamitas Ψ^{F}; ilamitas *D*² | babilonios *P*², $\Psi^{M}\Omega^{M}$RGDF²HLNOhWYBα; babillonios *P**; babyllonios Ψ^{F}n*; babiloneos K; babilonicos *S*², F*; babilonias *S**; babylones *Σ**; babilones *Σ*²; babilonas *D* | chaldaeos] *Σ*²; chaldeos *DS,* Φ^{ZP}PΨ^{FM} Ω^{JM}REFnKLNOhWYBα; caldeos *P,* Λ^{H} GDHX | moedos *PD* | assirios *DS,* Λ^{H} $\Psi^{M}\Omega^{M}$RGFHh; ac sirios *P* | partos *D,* GDFH | syros phoenices] syrophenices n* | syros] n²; siros *PΣ,* $\Lambda^{H}\Psi^{M}$HOh; syrios *D,* Ω^{M} | phenices $\Lambda^{H}\Psi^{FM}\Omega^{JM}$GVEFH nKLNhSWα; fenices Σ, COYB; foenices *D,* RD; phenicis *P;* fenicas *S* | 7. arabas *PΣDS,* $\Lambda^{H}\Psi^{FM}$Dn*B | palaestinos Λ^{H}Ig; pallestinos O | reversus + ad Ω^{M}

sophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret et semper proficiens semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus.

1. instituerent *S* | sentencia DNOh | *alt.* aliter + que X | 2. audiret] C*; audiret (*sup. lin.* vel sentiret) N; audit H; audit et R; auderet n*; sentiret Ω^{JM}C^{2}FOIα | ∼ indoctus audiret h | non** n | et] aet Ψ^F; aut *Σ*, PLϱ | ebes RK; habes *D* | hec Ω^{JM}EHKhSBα | nosce Ω^M | polliceas W; polliceor Φ^{z*} | pollicear + set eniti me profero Ω^{J*} | 3. et + in Φ^P | carpere FK LNOBIαϱ | c(ap)ere + in terra Ω^{JM}FNO hIα | celo Ω^{JM}FHNOhSYBIα | fixe $\Phi^M\Omega^{JM}$ RGDFHnKnOhSXYBIα | set Ω^{JM}O; et H | vellem H | velle + me F | 4. sedenti me praefero (prefero Ψ^MCDEnKLhSYα, preffero H)] *ΣD*, $\Phi^{RAZGP}\Psi^{FM}$CVRGDEH nKLhSWXYBαϱ; sedenti me praeferre O; sed eniti prae (pre P) me fero *P*, P; sed eniti me fero *S;* sed eniti me profiteor Ω^{JM}; sed eniti me profiteor sedenti me praefero FI; sed en. me prof. et sed. me praefero N | magistro I | magistrum + me Ω^M; + me esse Ω^{M2} | renuens Ω^{JM}VRD EKLNOSXYIαϱ | 5. quaerens invenit] R^2 *sup. ras.* | querens $\Psi^M\Omega^{JM}$GDEHnKLhS WXYBIα | nobiscum *Σ; om.* W | sciencia Dh | ∼ scientia nobis Oαϱ | 6. celo Ω^{JM} FHKLNOhSYBIα | obviis te] obliviscite G | obvius *DS*, $\Psi^{z2P*\Psi M}$W | te] de O | aliquid + loquar P | ac] quod sit I; *om. S*, h | ac + quod sit O | 7. hermagore P$^2\Omega^J$SX; hermagori Φ^{RAZG}V; hermagora W; ermagore $\Phi^{PP*}\Omega^M$C^{2}DEFHKLNOh BIα; ermagori *Σ*, Ψ^MC*RGnY; armagori *D* | tumiditatem Φ^{RZ*GP}C*W | effundam] effutiam ϱ; effuttiam *P;* effuciam *S;* etiam P | quidquid *PΣDS*, N | quesieris Ψ^MDE HKLOXYBIα | ∼ scire tecum O | 8. VIII. Habes Ω^JFNOW^{2}Iα; *divisio sine num.* h | amatissimum Φ^{A*} | tui *om.* $\Phi^{RAZG2}\Omega^M$C* GLSWY | ∼ fratrem tui N | literarum DOϱ | michi $\Psi^{FM}\Omega^M$GDHnLhSα | 9. graciam H | ∼ gratiam mi(ch)i KL | dupplicavit $\Psi^M\Omega^{JM}$YI | ∼ duplicavit gratiam h | refferens H | morum tuorum] mortuorum Ψ^M | contemptus Ψ^MG; contentum *S* | seculi NYαϱ | 10. fidem] quidem RH | amicicię RGD; amicicie Ω^{JM}FHKN OhSYBIα | prudenciam DOh; prudentia PG | ęloquii Ψ^Fn | venustate P | eciam h.

absque illo ipsa epistola praeferebat. Festina, quaeso te, et haerentis in salo naviculae funem magis praecide quam solve. Nemo renuntiaturus saeculo bene potest vendere quae contempsit ut venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Antiquum dictum est: *Avaro tam deest quod habet quam quod non habet. Credenti totus mundus divitiarum est, infidelis autem etiam obolo indiget.* Sic vivamus *quasi nihil habentes et omnia possidentes;* victus atque vestitus divitiae christianorum. Si habes in potestate rem tuam vende; si non habes proice: tollenti tunicam, et pallium relinquendum est; scilicet nisi tu semper recrastinans et diem de die trahens, caute et pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus unde alat pauperes suos? Totum Deo

4. Publii Syri Epigr. 628. 5. Cf. Prov. 17, 6 ex ant. vers.
6. II Cor. 6, 10.

Codices prioris familiae. Deest H.

1. epistula λ | praeferebat *om.* λ | 2. solvere λ | 3. vendere] videre λ | de tuo *om.* λ | tulleris λ—5. etiam] uno λ | obelo λ | 6. viv*** (*in mg. 1 m.* amus) λ | 7. festitus λ | christianorum + sunt λ | potestatem λ | 8. tonicam λ | et *om.* λ | relinqu.] proiecendum λ | 9. crastinans λ | de] di λ | peditemptim (edi *sup. ras.*) λ^2 | 10. non] nonne λ.

Codd. alterius familiae. Deest Λ^H.

1. ullo P*R | ipsa *om. ΣDS,* h | epistula *PΣDS* | preferebat $\Phi^A\Omega^J$DKLhS; proferebat *Σ,* $\Phi^{RZ}\Psi^{FM}$CVHnW; pro*ferebat Φ^{G2} (o *sup. ras.*) | festino *S* | queso PΩ^{JM}GEHnKLhSWXYBα | herentis Φ^{AP}P Ψ^{FM}GDn; herenti *ΣD*S,* $\Phi^{RZG}\Omega^{JM}$CVRE FKLNOhSWXYBIα; herentem D^2; erenti H | solo G* | 2. navicule Ω^{JM}FHKNOhS BIα | precide $\Psi^M\Omega^J$VDEnKLhX; prescîde O | nemmo R | nemo + igitur h | renunciaturus Ω^{JM}GDENOhα; renuntians KLW | seculo NhYBαg | 3. vindere Φ^{RG}*; videre Φ^{ZG2} (*in mg. 2 m.* al. potest vendere — ut venderet) Φ^{G2}C* | que $\Psi^M\Omega^{JM}$EKOh SYBIα | ut *om.* H | vinderet Φ^{RG}*; videret Φ^{ZG2}C* | quidquid *PΣDS,* N | sumtus Ω^M; sumptis W | ∿ de tuo in sumptus Ψ^MGn | 4. conputa Φ^AGW | antique I; antiquo Φ^ZG; anticuum R | ∿ tam avaro F | deesse Ω^M | ∿ deest tam Ω^JIα | quod (*post* deest)] quam V | quod (*post* quam) *om. Σ** | 5. non *om. D** | ∿ tam quod h. quam quod n. h. deest S | n. habet + quam quod n. habet (*bis rep.*) Φ^{Z*} | credendi Φ^{P2} | totius Φ^A | diviciarum FOhWI | divitiarum + plenus Y | est *om. P* | est + plenus Ω^M | autem *om.* X | ętiam D; ęciam RG; eciam h | oboelo P; obelo Φ^R | 6. quasi] tamquam *DS;* tanquam Bg | nichil $\Psi^{FM}\Omega^{JM}$GDFH nKLNhSWXYBI; nil Oα | possidetes h | adque *Σ**; et *DS,* NYBg | 7. divitie Ψ^M Ω^{JM}HnKNSYBα; divicie FOhI; divitia*** P | diviti(ae) + sunt EXY | christianorum + sunt VH | si] sibi Φ^{A*} | potestatem Ψ^MGHn* | ∿ tuam rem in potestate Ω^M | vende + et Ω^MI | 8. proiice g | tonicam *PΣ* | nisi] ut *S* | ∿ nisi scilicet FOIα | 9. et + tibi X | diem de die] de die in diem n^2 *sup. ras.* h | de] ex F; *om.* PW | cautae Φ^GC | caute + et pede trahens caute Φ^Z | et *om. Σ** | pedetemtim *P*ΣD;* pedetemptim P^2*ΣD,* Φ^{RAGP}P$\Psi^{FM}\Omega^M$ CVREFnWXα | 10. vindideris Φ^{R*} | en totum X.

dedit qui seipsum obtulit. Apostoli navem tantum et retia reliquerunt, vidua duo aera misit in gazophylacium et praefertur Croesi divitiis. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

Codices prioris familiae. Deest H.

1. ŏbtullit deo λ | ∼ tantum navem λ | relinquerunt λ | 2. aerea λ | gasofilocium λ*; gazofilocium λ^2 | crassi λ | divitis λ | contempnit λ.

Codd. alterius familiae. Deest Λ^H.

1. seipsum] se *PΣ**, Φ^{RAZGP}PΩ^{J}CVR DHOSWXYIα | optulit *DS,* PΨ^{FM}CEHn | apostoli + autem P | navim DXB; naves h | ∼ tantum navem Ω^{J}Oα | et *om.* F* | recia RDFHOh | relinquerunt R*GOα | ∼ naves t. et r. rel. apostoli h | 2. duo] Φ^{Z2} *sup. ras.*; deo C | era *S,* Ω^{JM}F^{2}HKNOhS YBIα; erea Φ^{Z} (*in mg. 2 m.* era); hera *D;* eraria F* | era + minuta Y | mittit *PDS,* Φ^{Z}PΩ^{JM}Vhα | aerea misit] vere amittit C*; vere era mittit C^2 | gazophylatium K; gazophilacium Φ^{AGP}PΩ^{M}CNI; gazophilatium *ΣS,* Ψ^{M}Ω^{J}RGDEFHnLhSWXYBα; gazophilatum O; gazofilacium *D*^{2}, Φ^{R}V; gazofilatium Φ^{Z}Ψ^{F}; gazoticilacium *D** | prefertur PΨ^{FM}Ω^{J}DnKLhWY | croesi] n^2 (oesi *sup. ras.*); croesii Φ^{RA*ZGP}W*; crohesi H; chroesi *S,* P; chresi B; crẹsi X; cresi Ω^{JM}EFKLNOSYIα; cresci Ψ^{M}G; credi D | diviciis Ω^{M}REOh | contempnit *S,* Φ^{RAZP}PΨ^{FM}Ω^{JM}VRGDEHnKLOhSWXYB Iα | 3. ∼ qui semper cogitat se esse D | morturum *P** | *addunt* explicit epistola (aep. Ψ^{M}) Ψ^{FM}RGnhW — explicit epistola beati hieronimi (ieronimi Ω^{M2}) Φ^{P} Ω^{M2} — explicit epistola sancti (*om.* D) hieronimi (iheronimi D, ieronimi Y) presbyteri (praesby. Φ^{Z}, presbi. Y) Φ^{Z}DY — explicit epistola ad paulinum presbyterum X — explicit epistola sancti hieronimi praesbiteri ad paulinum praesbyterum Φ^{G} — explicit epistola sancti hieronimi presbyteri (*om.* C) de omnibus divinis historiae libris Φ^{R}C — explicit epistola sancti ieronimi presbiteri ad paulinum de omnibus divine historie libris B — explicit epistola sancti hieronimi presbyteri de omnibus divinis historiae libris deo gratias AMHN Φ^{A} — explicit epistola hieronimi ad paulinum presbiteterum de omnibus diuinae historiae libris deo gratias amen E — finit prologus H.

II

EXCERPTA EX LIBRO VI ETYMOLOGIARUM SANCTI ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI: DE LIBRIS ECCLESIASTICIS

a) *Cap. 1, ex Codd. recensionis theodulfianae.*

Vetus Testamentum ideo dicitur quia, veniente Novo, cessavit, de quo Apostolus meminit dicens: *vetera transierunt, ecce facta sunt nova.* Testamentum autem Novum ideo nuncupatur quia innovat; non enim illud discunt, nisi homines renovati ex vetustate per gratiam et pertinentes iam ad Testamentum Novum, quod est regnum caelorum. Hebraei autem Vetus Testamentum, Ezra auctore, iuxta numerum litterarum suarum in viginti duos libros accipiunt, dividentes eos in tres ordines: Legis scilicet, Prophetarum et Agiograforum.

Primus ordo, Legis, in quinque libris accipitur, quorum primus est Bresith, quod est Genesis; secundus Ellesmoth quod est Exodus; tertius Vagicra, quod est Leviticus; quartus Vagedaber, quod est Numerus; quintus Elleaddebarim, quod est Deuteronomium. Hi sunt quinque libri Moysi quos Hebraei Torath, latini Legem appellant, proprie autem lex appellatur quae per Moysen data est.

Secundus ordo est Prophetarum, quo continentur libri octo, quorum primus Iosue Bennun, qui latine Iesu Nave dicitur; secundus Soptim, quod est Iudicum; tertius Samuhel, qui est Regum primus; quartus Malachim, qui est Regum secundus; quintus Esaias; sextus Hieremias; septimus Iezechihel; octavus Taresra, qui dicitur duodecim Prophetarum, qui libri, quia sibi pro brevitate adiuncti sunt, pro uno accipiuntur.

2. II Cor. 5, 17.

Codd. Θ^{AM}W.

2. transierunt + et W *Ar Li* | 3. illum Θ^{AM}W | 5. hębrei Θ^{M}; haebraei W | veteris testamenti *Ar* | hesdra W; esdra *Ar Li* | 6. auctorem W | in *om.* W *Ar* | 7. scilicet + et Θ^{M} *Ar* | hagiographorum *Ar Li* | 8. bresit Θ^{M}; beresith *Ar* | 9. elesmoth W; veelle semoth *Ar Li* | tercius W | vagigra Θ^{A}; vagecra W; vaiacra *Ar;* vaiicra *Li* | 10. leviticum *Li* | vajedabber *Ar;* vaiedabber *Li* | numeri *Ar* | elleaddabarim Θ^{M}W | 11. ebraei Θ^{A}; hębrei Θ^{M}; haebraei W | thora *Ar Li* | 12. propriae W | que Θ^{M} | 13. prophetarum + in *Ar Li* | 14. iosuae W *Li;* josue *Ar* | benun *Li* | latinę Θ^{M} | optim Θ^{AM}; sophtin *Ar Li* | 15. tercius W | samuel *Ar Li* | qui] quod W | malachi Θ^{A}; melachim *Ar* | 16. isaias Θ^{M}W *Ar* | jeremias *Ar Li* | hiezechihel Θ^{A}; ezechiel *Ar Li* | 17. thereasra W; thereazar *Ar Li* | brevitati Θ^{M}.

Tertius est ordo Agiograforum, id est sancta scribentium, in quo sunt libri novem quorum primus Iob; secundus Nabla, quod est Psalterium; tertius Masloth, quod est Proverbia Salomonis; quartus Coeleth, quod est Ecclesiastes; quintus Sirasirim, quod est Cantica Canticorum; sextus Danihel; septimus Dabreiamin, quod est Verba dierum, hoc est Paralipomenon; octavus Ezras; nonus Esther. Qui simul omnes: quinque, octo et novem, fiunt viginti et duo, sicut superius comprehensi sunt. Quidam autem Ruth et Cynoth, quod latine dicitur Lamentatio Hieremiae, Agiografis adiciunt et viginti quattuor volumina Testamenti Veteris faciunt, iuxta viginti quattuor seniores qui ante conspectum Dei adsistunt.

Quartus est apud nos ordo Veteris Testamenti, eorum librorum qui in canone hebraico non sunt, quorum primus Sapientiae liber est; secundus Ecclesiasticum; tertius Tobi; quartus Iudith; quintus et sextus Macchabeorum: quos libros Iudaei inter apocrifa separant, Ecclesia tamen Christi inter divinas Scripturas et honorat et praedicat.

In Novo autem Testamento duo sunt ordines: primus evangelicus, in quo sunt Mattheus, Marcus, Lucas et Iohannes; secundus apostolicus, in quo sunt Paulus in quattuordecim epistolis, Petrus in duabus, Iohannes in tribus, Iacobus et Iudas in singulis, Actus Apostolorum et Apocalypsis.

Summa autem utriusque Testamenti divisio, trifarie distinguitur; id est, in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifarie dividuntur; id est, quid a Deo, quid ab angelis vel hominibus gestum dictumque sit; quid a prophetis praenuntiatum de Christo et corpore eius; quid de diabolo et

---

Codd. $\Theta^{AM}W$.

1. tercius W | agyographorum W; hagiographorum *Ar Li* | 2. job *Ar* | nabla quod est *om. Ar Li* | nabia W | tercius W | 3. masloth] misse *Ar* | coelet Θ^{AM}; meleth W; coheleth *Ar Li* | 4. sirasirin Θ^{AM}; syrasirim W; sir hassirim *Ar Li* | cantica] canticum *Li* | daniel *Ar Li* | 5. dabreaiomim Θ^{A}; dibrehajamim *Ar;* dibreaiamim *Li* | hesdras W; esdras *Ar Li* | 6. hester Θ^{A} *Li;* ester Θ^{M} | viginti duo *Ar Li* | 7. cinoth Θ^{M} *Ar Li* | latinę Θ^{M} | 8. lamentacio W | jeremiae *Ar;* ieremiae *Li* | agyographis W; hagiographis *Ar Li* | adjiciunt *Ar* | 9. saeniores Θ^{M} | 10. dei] domini *Ar* | assistunt W *Ar* | 11. est + autem W | canonae W | haebraico Θ^{M}; hebraico W | 12. aecclesiasticum W; ecclesiasticus *Ar Li* | tercius W | 13. tobias *Ar Li* | macchabaeorum *Li;* machabaeorum *Ar* | quos libros] quos licet *Li* | 14. iudei Θ^{A} | apochripha W; apocrypha *Ar Li* | separent *Ar* | divinas scripturas] divinos libros *Ar* | 15. predicat Θ^{M} W | 17. matheus W; matthaeus *Ar Li* | joannes *Ar* | sunt] est W | 18. paulus in] pauli Θ^{A} | quatuordecim *Ar* | joannes *Ar* | 19. apocalypsin *Li* | apoc. + joannis *Ar;* + iohannis *Li* | 20. divisio *om. Ar Li* | trifarię Θ^{M}; tripharіae W | 21. alligoria Θ^{AM} | multifaria Θ^{A}; multifariae Θ^{M}; multipharіae W | 22. vel + ab *Li* | hominibus] nominibus W | 23. prenuntiatum Θ^{A}; pronuntiatum W; nuntiatum *Li.*

membris ipsius; quid de veteri et novo populo; quid de praesenti saeculo et futuro regno atque iudicio.

Libros autem sanctarum Scripturarum, quos praesens bibliotheca continet, subsequens breviculus ordine pandit.

BREVES ORDINUM OMNIUM LIBRORUM VETERIS AC NOVI TESTAMENTI QUI AB ECCLESIA RECIPIUNTUR ET IN HOC CORPORE GENERALITER CONTINENTUR.

PRIMUS ORDO: LEGIS

in quo sunt libri:
Genesis
Exodus
Leviticus
Numeri
Deuteronomium

SECUNDUS ORDO: PROPHETARUM

in quo sunt libri:
Iesu Naue
Iudicum
Samuhel
Malachim
Esaias
Hieremias
Iezechihel
Duodecim Prophetarum

TERTIUS ORDO: AGIOGRAFORUM

in quo sunt libri:
Iob
Psalterium
Proverbiorum
Ecclesiastes
Cantica Canticorum
Danihel
Paralipomenon
Ezras
Esther

QUARTUS ORDO: EORUM LIBRORUM QUI IN HEBRAEORUM CANONE NON HABENTUR

Sapientia
Ecclesiasticum
Tobi
Iudith
Macchabeorum libri II

ORDO EVANGELICUS

in quo sunt libri:
Mattheus
Marcus
Lucas
Iohannes

ORDO APOSTOLICUS

in quo sunt libri:
Pauli apostoli epistolae:
Ad Romanos I

Codd. Θ^{AM}. *Cod.* W *deest* (*a* 5, Breves, *usque ad finem*).

1. presenti seculo Θ^{A} | 2. adque iuditio W | iudicio] *Hic desinit textus S. Isidori.* | 3. presens Θ^{AM} | biblioteca Θ^{AM}; bibliotecha W | 5. breves ordinum omnium] ordo Θ^{M} | 6. eclesia Θ^{A} | 37. ebraeorum Θ^{A} | 40–41 ∼ iudith toby Θ^{A} | 52. prima Θ^{A}.

Ad Corinthios I
Ad Corinthios II
Ad Galatas I
Ad Ephesios I
Ad Philippenses I
Ad Colosenses I
Ad Thessalonicenses I
Ad Thessalonicenses II
Ad Timotheum I
Ad Timotheum II
Ad Titum I
Ad Philemonem I
Ad Hebraeos I
Petri I
Petri II
Iacobi I
Iohannis I
Iohannis II
Iohannis III
Iudae I
Actus Apostolorum
Apocalypsis

LEGE FELIX

Codd. Θ^{AM}. *Deest* W.

22. apocalipsis Θ^{A}; apocalypsim Θ^{M}.

b) *Capp. 1 et 2. Recensio interpolata codicis Complutensis.*

Beati Isidori incipit prefatio totius bibliotece.

Vetus Testamentum ideo dicitur quia, veniente Novo, cessavit. Unde Apostolus dicit: *vetera transierunt* [*ecce facta sunt*] *nova.* Testamentum autem Novum ideo nuncupatur quia innovat mentes hominum; non enim illud discunt, [nisi homines] renovati in vitam per baptismi sacramentum.

Vetus enim Testamentum apud Hebraeos in tres dividitur ordines, id est: Legis, Prophetarum et Agiograforum.

Primus ordo, Legis, in quinque libris Moysi accipitur, id est: Genesis, Exodum, Leviticum, Numerum sive Deuteronomium.

Secundus ordo, Prophetarum, octo libris continetur, id est: Iosue, Iudicum, Regnorum primus et secundus, qui apud nos in quattuor dividitur partibus. Esaias quoque et Hieremias sive Ezechiel et Teresra, id est, liber duodecim Prophetarum qui pro brevitate sui pro uno accipiuntur volumine.

Tertius ordo est Agiograforum, id est, sancta scribentium, in quo sunt libri novem, id est: Iob, Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes et Can-

3. II. Cor. 5, 17.

Cod. X.

2. nobo | cessabit | 3. [ecce — sunt] *Verba inter uncinos posita evanuerunt in codice* | noba (*mut.* b *pro* v *deinceps non notatur*) | 5. babtismi | 6. ęnim | illum | aput | ebreos | 7. agyograforum | 8. libri | 10. profetarum | 11. aput | 12. ysaias | iheremias | ezeciel | 13. brebitatem | 14. tercius | agyograforum.

tica Canticorum, Daniel quoque et Paralipomenon sive Esdrae vel Esther. Omnes quoque hii libri, Legis scilicet et Prophetarum et Agiograforum, fiunt simul viginti duo; sed et quidam Hebraeorum Ruth et Cynoth, id est Lamentationem Hieremiae, Agiografis adiciunt, et viginti quattuor volumina faciunt Veteris Testamenti.

Quartus est apud nos ordo Veteris Testamenti, eorum librorum qui in canone hebraico non sunt, quos tamen Ecclesia Christi inter divinos libros honorat et praedicat, id est: librum Sapientiae atque Ecclesiasticum, Tobi quoque et Iudith sive Machabaeorum libri duo.

Hii sunt libri et plenitudo Veteris Testamenti.

In Novo autem Testamento duo sunt ordines: primus quattuor Evangeliorum; secundus vero quattuordecim Epistolarum Pauli apostoli, et septem quae canonicae nuncupantur, Actus enim Apostolorum et Apocalypsin Iohannis.

Summa autem totius Novi et Veteris Testamenti trifarie distinguitur, id est: historialiter, moraliter et allegorice. Et haec rursus tria multifarie dividuntur, id est: quid a Deo, quid ab angelis vel hominibus gestum dictumque sit; vel quid a prophetis praenuntiatum; quid de Christo et eius corpore; quid de veteri et novo populo; quid de diabolo et membris ipsius; quid etiam de praesenti saeculo et futuro regno atque iudicio.

Scriptores autem auctorum Novi et Veteris Testamenti hii sunt. Primus Moyses divinae historiae cosmographiam in quinque voluminibus edidit, id est: Genesis, Exodum, Leviticum, Numerum sive Deuteronomium quod Pentateuchum nominatur. Pentateuchus a quinque voluminibus dicitur; *penta* enim graece quinque, *teucos* vero volumen vocatur.

Genesis liber inde appellatur eo quod exordium mundi et generatio saeculi in eo continentur. Exodum vero exitum ab Aegypto vel egressum populi Israhel digerit et ex ea causa nomen accepit. Leviticum appellatur eo quod levitarum ministeria et diversitatem victimarum exequitur, totusque in eo ordo leviticus adnotatur. Numerorum liber vocatur eo quod in eo egressae de Aegypto tribus enumerantur, et quadraginta duarum per eremum mansionum in eo descriptio continetur. Deuteronomium graeco sermone appellatur quod latine interpretatur secunda lex, id est, repetitio et evangelicae legis praefiguratio. Librum

---

Cod. X.

1. canticorum [....]el esdre | ester. | 2. agyographorum | 3. ebreorum | cynot | 4. iheremie | agyografis | 6. aput | qui] que | 7. ebrayco | ęclesia | inter divinis libris | 8. predicat | sapientie | eclesiasticum | adque | 9. iud[***] | macabeorum | 13. que canonice | nunccupantur | hactus ęnim | apocalipsin | 14. totius] toth | 15. storialiter | hec | 17. profetis | pronuntiatum | 18. ętiam | 19. presenti | adque | 20. scriptores — sunt] *litt. maiusc.* | 21. divine storie | quos mografiam | 22. pentaticum | 23. pentaticus | ęnim | grece | 26. contineatur | egypto | srhl | 28. leviticus | 29. egresse | egypto | 30. eremo | discriptio 31. greco | 32. evangelice | prefiguratio.

Iosue ipse Iesus scripsit filius Nave. Librum Iudicum edidit Samuel. Librum Samuelis qui est Regnorum primus, scripsit ipse Samuel; secundum vero scripsit David. Tertium vero et quartum qui Malacym appellatur, Hieremias propheta in unum volumen coegit. Libri Paralipomenon scriptor aperte nescitur. Librum Iob, alii Moysen, alii unum ex prophetis, nonnulli vero eundem Iob post plagam suae passionis adserunt scripsisse. Psalmorum liber graece Psalterium, hebraice Nabla, latine vero organum dicitur. Vocatus autem Psalmorum quod, uno propheta canente, ad psalterium chorus consonando responderet. Decem enim prophetae sunt qui psalmos diverso tempore scripserunt, id est: Moyses, David, Salomon, Asaph, Eman, Etan, Yditun et filii Core sive Esdras. Salomon tria volumina edidit et scripsit, id est: Proverbiorum, Ecclesiastes et Cantica Canticorum. Librum vero Sapientiae et Ecclesiasticum, Iesus filius Syrac hierosolimita, nepos Iesu sacerdotis magni, edidit et scripsit. Esaias et Hieremias proprios ediderunt libros. Ezechiel vero et Daniel a viris quibusdam sapientissimis scripti esse perhibentur. Duodecim prophetae minores, suorum voluminum auditores et scriptores esse monstrantur; qui ideo minores dicuntur quia breves sunt eorum sermones. Esdras libri sui auctor et scriptor habetur. Esther librum Esdra creditur scripsisse. Iudith vero et Tobi sive Machabaeorum libri, quibus auctoribus scripti sunt minime constat. Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta scribunt.

Quattuor Evangeliorum libros, quattuor evangelistae singulariter scripserunt; id est: Matthaeus, Marcus, Lucas atque Iohannes. Evangelium autem interpretatur bona adnuntiatio. Graece enim *eu* bonum, *angelium* enim adnuntiatio dicitur, unde et Angelus nuntius interpretatur. Paulus apostolus quattuordecim suas scripsit epistolas. Similiter quoque et Petrus, Iacobus et Iohannes et Iudas suas scripserunt epistolas quae ideo canonicae nuncupantur quia non uni tantum populo vel civitati, sed universis gentibus generaliter scripserunt. Actus Apostolorum, qui primordia fidei christianae in gentibus et nascentis Ecclesiae historiam digerunt, Lucas evangelista scripsit. Apocalypsin librum Iohannes evangelista scripsit eo tempore quo ob Evangelii praedicatione in insula Pathmos traditur religatus. Apocalypsin autem de graeco in latinum

---

Cod. X.

1. yosue | ihs | 3. iheremias | 5. profetis | 6. sue | grece | 7. ebrayce | 8. profeta | corus | 9. ęnim | prophete | 11. ęclesiastes | 12. sapientie | heclesiasticum | ihs | 13. iherosolimita | nepus | ihu | esayas | iheremias | 14. ezeciel | 15. peribentur | prophęte | 17. brebes | ester | 18. iudit | maccabeorum | 21. evangeliste | 22. matteus | adque | 23. grece | ęnim | evangelium | ęnim | 26. que | canonice] *Sic cod.* X. *S. Isidorus scripsit* catholicae *ut ex contextu apparet.* | 28. hactus | que | xp̄iane | 29. heclesie | storiam | digerit | apocalipsin | 30. predicatione | ynsula | 31. apocalipsin | greco.

revelatio interpretatur; revelatio enim dicitur manifestatio eorum quae abscondita erant.

Hii sunt scriptores sacrorum librorum qui per Spiritum Sanctum loquentes ad eruditionem nostram et praecepta vivendi et credendi regulam tradiderunt. Praeter haec enim omnia volumina apocrypha nuncupantur; apocrypha autem dicta, id est, secreta quia in dubium veniunt. Est enim earum occulta origo nec patuit Patribus, a quibus usque ad nos auctoritas veracium Scripturarum certissima et notissima successione pervenit. Finit.

Cod. X.

1. que | 4. precepta vibendi | 5. preter | apocrifa.

III

ALBINI FLACCI ALCUINI S. MARTINI TURONENSIS ABBATIS PROLOGUS DUPLEX

I.

Dum primus pulchro fuerat homo pulsus ab horto
in hanc, pro, miseram morte dolore diem
Infandi et gemuit condigna piacula facti,
cum tota pariter prole salutis inops.
Non tamen omnipotens bonitas dimiserat omne
in miseros magnae iam pietatis opus,
Plurima sed mitis lacrimis solatia nostris
attulit e caelis, in bonitate sua.
Illius ut semper pietas laudetur, ametur,
cunctorum pariter pectore, mente, manu.
Quicquid habere boni poterit mens conscia recti,
illius hoc totum gratia summa dedit.

Codd. VW.

I. 1. *Praecedit in cod.* W *prologus alter:* In hoc quinque libri... | orto W | 2. praemiseram W | dolere W | 6. in miseris W | 7. solacia V | 8. suae V.

Inter quae siquidem sunt maxima dona librorum,
qui series rerum et tempora cuncta canunt,
Et dictante Deo retinent primordia mundi,
et Christum saeclis praececinere pium,
In quibus et homini ratio est data certa colendi
ipsa Deum, vera est quae via, vita, salus.
Hos legat et teneat, placeat cui pectore puro
vivere cum Christo perpes in arce poli.
Sunt numero pariter deni duo septies atque
de quibus et nulli iam dubitare licet.
In Christi nobis numerus venerabilis iste
mystice discipulis namque sacratus adest.
His etiam libris vere est caelestis origo,
hos quia dictavit Spiritus ipse Deus.
Continet iste uno sanctus sub corpore codex
hic simul hos totos, munera magna Dei;
Omnia namque novae ac veteris pia famina Legis
hic te non dubites, lector, habere, pius.
Hic vitae fons est, haec est sapientia vera,
hae sunt perpetuae namque salutis opes.
Qui cupit inveniet Scripturas discere sacras,
sanctorum dicta hic veneranda patrum,
Legifer ille pius quicquid iam scripserat olim
de mundi ac rerum principio, siquidem
Qualiter Omnipotens naturas conderet omnes,
ingenio quantum scire licet hominis.
Hic etiam legitur hominis factura creati,
qualiter aut fugerit exul ab ore sacro,
Impius aut frater sceleratam sanguine dextram
fraterno impleret cur pietatis inops.
Post etiam retinet numeros et nomina patrum,
saeclorum per quos ordo cucurrit ovans.
Inde Noe, requies mundi, iam nascitur almus,
tempore sub cuius iam cataclysmus erat,

Codd. VW.

16. praecinere W | 21. atque] atti V | 23. tu christi W | 24. mistice V | 25. vere est] videant V*; inest V^2 | 27. sancto V | 28. his V | 29. nove W; nova V | 30. hic te] hicce V | 31. hinc V | vera] omnis V | 32. haec sunt perpetua W | 33. invenire W | 35. quicquam V* | 36. ac] et W | 37. concederet W | 38. ingenium W | 39. laegiter V | 40. ab orbe W | 44. seclorum W | 45. almi V | 46. cataclismus cerat V.

Dum natat arca Dei pelago, spes altera mundi,
totius et saecli prole repleta simul.
Extruit inmensam damnanda superbia turrem,
pro qua dividitur consona vox hominum.
Tum pater Abraham, caeli bene doctus in astris,
cui promissus erat filius ipse Dei.
Exilia hinc Isaac, Iacob quoque longa leguntur,
perque patres bis sex gentis origo sacrae.
Venditur hinc fratrum scelere et puer inclytus atro
Ioseph in Aegyptum, patre dolente pio;
Qui regni est subito factus de carcere rector,
et cum prole patrem duxit in arva Gesen.
Continet haec Genesis pariter liber omnia primus,
usque fuit Ioseph mortis amara dies,
Post cuius mortem Pharao rex impius alter
imposuit famulis vincula dura Dei.
Post Exodus habet praeclari tempora Moysis,
qui mandante Deo dux fuit in populo,
Fortiter educens Aegypti e gente maligna
perque decem plagas agmina sancta Dei.
Egit iter populus siccis super aequora plantis,
cantantes Domino carmina laetitiae.
Hinc data lex fuerat Synai de vertice celso
in tabulis sancto scripta Dei digito,
Quam turbis retulit descendens vertice montis
cornuta facie legifer ipse pius:
Longa quidem populum vix per deserta vagantem
condere praecipiens atria sancta Deo,
Cum mensis, vasis, tabulis simul atque lucernis,
sanctaque sanctorum, quo fuit arca Dei.
Inde sacerdotum describit in ordine cultus
ac Levitarum tertius ipse liber,

Codd. VW.

47. arga V | pelagos V | 48. toties V | 49. dampnanda W | 50. didviditur V | 51. abraam V | 53. exsilia W | 54. sacre W | 55. vinditur V | fratri W | inclitus W; incli V | 56. in aegypto W | 58. gosen V | 59. haec et W | 62. inposuit W | 65. aegyptiae gente W; aegypti haec gente V | 66. decim V | 67. inter populos W | aecora W | 68. laeticiae W | 69. verticae V | 71. quartus bis W | 72. faciae VW | 73. populis V | 78. hac W.

Tempora sanctorum currentia festa dierum,
et vestes Aaron progeniemque sacram.
Scribitur in quarto Numerorum mysticus ordo,
per tribus et turmas summa Dei populo,
Mystica sed Balaam senioris verba prophetae,
vera cadens quinam plurima praececinit.
Quattuor hinc decies per vasta silentia mundi,
erravit sitiens plebs malefida Deo.
Dux renovat legem dictis mordacibus almam,
dumque diem mortis sensit adesse sibi;
Hoc tenet egregio quintus sermone libellus,
in mentem revocans dona Dei populo.
Per deserta negans Dominum perit improba turba,
ac mandante Deo legifer almus obit.
Iosue surrexit, turbas dux inclytus armis
inducens patriam, quam Deus ipse dedit,
Plurima qui gessit praeclaris bella triumphis,
disperdens gentes chananeas gladio,
Per tribus et sortes, per nomina clara parentum,
inclyta distribuens regna Dei populo.
Huius gesta tenet iam sextus in ordine thomus,
praetitulatus enim nomine namque suo.
Post mortem cuius populus tum tempore multo
usque dies Sauli Iudicibus regitur,
Quorum gesta, genus, tempus, loca, bella, triumphos,
nomina namque refert septimus ille liber.
Eptateuchus enim librum decurrit in istum,
quem Ruth consequitur femina clara satis.
Hinc Iob intrepidus fidei bellator in armis,
praesignans Christi tempora sacra Dei.
Hinc scribuntur enim Samuhelis gesta prophetae,
Saulque philistaeo qui perit ense fero.

Codd. VW.

80. proieniemque W | 81. misti cordo V | 82. suma W | 83. mistica V | senioribus W | prophęta W | 84. precęcinit W | 86. siciens W | 87. lux renovet W | 89. egregium W | 91. per desertum W | 92. hac W | 93. iosuae V | inclitus W | 95. praeclara W | 96. cananeas V; chananeus W | 98. inclita W | 99. cuius V | 101. cum V | tempora multum W | 102. sauli] saeculi W | 104. nominamque refere V | septima W | libri V | 105. eptaticus V | 107-108. *om.* W | 108. presignans V | 109. samuelis V | 110. saul quae V | phylistaeo V; philisteum W | ensae W.

Israhelita potens, primis electus ab annis,
post quem detenuit regna beata David,
Ymnica qui cecinit psalmorum carmina vates,
praetitulans Christi tempora, gesta, diem,
Semine de cuius regali stemmate felix
alma Dei genitrix virgo Maria fuit.
Pacificus post quem Salomon rex regna regebat,
qui construxit ovans templa sacrata Deo:
In nato cuius finduntur viscera regni,
et Iudam tantum rex Roboam tenuit;
Induit Hieroboam Samariae stemmata pravus,
qui regum primus excoluit vitulos.
Hinc sibi regna duo fuerunt contraria semper,
et fratres inter bella fuere rei.
Sic regum series per tempora longa cucurrit,
prae multis scelerum noxia criminibus,
Donec in externas populus cum principe gentes
ductus erat, poenas iamque luere suas.
Quattuor haec libris clauduntur tempora Regum;
urbs perit usque sacra, rex simul et populus.
Inde Prophetarum praeclara volumina constant,
venturos Christi quae cecinere dies,
Nominibus propriis qui sunt bis octo libelli.
Hieremiae hinc gemitus pro Iosia et populo.
Ymnica Psalterii constat per carmina thomus,
quae cecinit Christi rex pater ipse David.
Tres Salomon libros mirabilis edidit auctor;
his duo iunguntur per paradigma libri,
Quorum quippe prior Sapientia dicitur alma,
notatur Iesus nomine posterior.

Codd. VW.

111. primus V* | 112. postquam V | 113. (y)mniqua W | cęcinit W | vatis V | 115. stemnate V*; stemate W | 117. rex *om.* V | 118. construxerat W | secreta W | 119. funduntur W | 121. stemate W; stemenate V | parvus V | 122. regnum V | 124. rea V; reti W | 126. premultis V | 127. exteras W | 128. paenas V | 131. prophaetarum W | preclara V | constant venturos W *qui vv. 131–134 pessimis sectionibus perturbat* | 132. caecinere W | 133. bis *om.* V* | 134. genitus W | iosua V | 135. hymnica W | psalterum V | 136. caecinit W | christus W | 137. mirabili sedidit V; mirabiles aedidit W | 140. ihesus W.

Hinc Paralipomenonis adest sacer ille libellus,
qui veteris legis dicitur aepitomen.
Hinc Ezrae, Nemiae, Iudith, Hesterque libelli,
tum Tobiae pietas, angelus, actus, iter.
Inclyta nam binis Machabea bella libellis
scribuntur, victis gentibus et populis.
Haec est sancta quidem legis scriptura vetustae,
divinis tota quae titulis redolet.
Tempora Baptistae decurrens usque Iohannis
sanctus Evangelii hinc celebratur honor,
In quo tecta diu sacrorum gesta librorum,
in Christi adventu iam reserata patent,
Et veniente die praeclara lucis in orbem
umbrarum tenebrae mox abiere procul.
Hinc quadriga Dei, cherubin comitante, refulget,
quae Christi in mundum tempora sacra sonat,
Matthaeus, Marcus, Lucas simul atque Iohannes
scribentes Christi gesta sacrata Dei.
Sanctus apostolicos Lucas descripserat Actus,
dogmata, sudores atque laboris iter.
Bis septem Paulus rescripsit in ordine cartas
discipulis, necnon urbibus et populis,
A Domino electus specialis in orbe magister,
gentibus innumeris dogmata sacra serens.
Hinc Iacobus, Petrus, Iudas simul atque Iohannes
scripserunt titulis mystica verba sacris.
Hinc etiam recubus divini pectoris almus
exul ab humano pellitur orbe pius,
Plurima qua cernens saeclis ventura futuris,
quae sit poena malis, gloria quaeve bonis.

Codd. VW.

141. paralypomenonis V | libell V | 142. aepithomon W†; aepithomen W¹; epitomen V | 143. esdrae neaemiae W | haesterque libellis W | 144. tunc V | 145. inclita W | machabaea V | 147. legem V* | vetuste V | 150. aeuuangelii W | caelebratur VW | 151. testa W | 152. iam serata patrent W | 153. die] deo V | preclare V | 154. tenebre V | nox W | 155. dei] diu W | caerubin V² *sup. ras.* | 157. matheus VW | 159. apostolicus V | 160. doxmata V | 161–163. *om.* W | 166. scripsere V | mistica V; mistyca W | satis V | 167. hic aetiam recubans W | 168. expellitur V | 169. quae V | seclis V | 170. paena VW | gloriaquae vae bonis W; gloria quae vae bonis V.

Hic liber extremus Scripturae inscribitur almae
divinis totus mysteriis redolens.
Haec sunt dona Dei caelestibus inclyta gazis,
in his vita, salus, gloria, divitiae.
His sine nemo Deum poterit cognoscere sensu,
vel praecepta Dei, aut regna beata poli.
In his vera quidem fulget sapientia tantum,
in his laus, merces, vita, salus hominum.
His sine seducit male falsa scientia mentem,
discere non curans verba sacrata Dei,
In quibus aeternae vere est sapientia vitae,
gloria, lux, pietas, notus et ipse Deus.
Quisque legat huius sacrato in corpore libri,
lector in ecclesia, verba superna Dei,
Distinguat sensus, titulos, cola, commata voce,
discat ut accentus ore sonare sciat.
Auribus Ecclesiae resonet vox vinnula longe,
omnis ut auditor laudet ab ore Deum.
Regnorum regi Christo et Domino dominorum
gloria, lux, virtus, laus, honor atque salus,
Qui regit imperio terram pelagusque polumque,
qui voluit sciri nomen in orbe suum,
Et genus humanum clementer ab hoste maligno
in cruce iam moriens carne redemit ovans,
Qui solita Karolum regem pietate gubernet,
semper in aeternum protegat atque regat.
Dicat et omnis amen populorum turba per orbem,
hoc tribuat caeli Christus ab arce pius,
Ut multis vivat felix feliciter annis,
post haec et teneat regna beata Dei.

Codd. VW.

171. scribitur W | alme V | 173. inclita W | 176. aut] ut W | 179. mala W | scientiam W | 181. sapientiae W | 184. aecclesia W | 185. distinguaet W; distinguens V | comate W | 186. dicat V | orae W | 187. aecclesiae W | vinula V | vinnula + in W | 188. laude labore V; laudet ab orae W | 192. scire V | in arbre V | 193. et hienus V | 194. carne] cartae V | 196. eternum V.

II.

In hoc quinque libri retinentur codice Moysis,
Bella ducis Iosue, Seniorum et tempora patrum,
Ruth, Iob et Regum bis bini namque libelli,
Atque Prophetarum sancti bis octo libelli,
Carmina praeclari Christi patris ymnica David,
Et tria pacifici Salomonis opuscula regis.
Iungitur his Sophiae Iesu simul atque libellus
Et Paralipomenonis enim duo nempe libelli.
Hinc Ezrae, Neemiae, Hester, Iudith atque libelli
Et duo nempe libri Machabea bella tenentes.
Matthaei et Marci, Lucae liber atque Iohannis
Inclyta gesta tenens salvantis saecula Christi.
Sanctus apostolicos Lucas conscripserat Actus:
Bis septem sancti per cartas dogmata Pauli,
Iacobi, Petri, Iudae et pia dicta Iohannis:
Scribitur extremo Iohannis in ordine thomus,
Hos lege tu, lector felix, feliciter omnes,
Ad laudem Christi propriamque in saecla salutem.

Codd. Φ^zPWH.

II. 1. quoque P | moysi H | 2. iosuae W | 3. et *om.* Φ^z | 5. praeclara WH | pastoris H | hymnica Φ^zW | 6. tria] patri ac P | salamonis H | 7. iungiter H | hiesu Φ^z; ihesu PW | libellos H* | 8. paralypomenonis Φ^zP | 9. eyre Φ^z; esdrae W; hesdrę P; estrę H | neemie Φ^z; noemi H | 10. nempe] iamque PWH | *Inter 10 et 11 addit* H: Isti sunt libri novi testamenti | 11. matthei Φ^zP; mathei WH | libri H | 12. inclita H | secula H | 13. conscribserat H; conscripsit et P | 14. sancti] doctoris Φ^zH | carta W | 15. iude H | 16. extrema H; extremus P | iohannes W | 18. secla Φ^zH; secula P.

IV

THEODULPHI AURELIANENSIS EPISCOPI PROLOGUS

Quicquid ab hebraeo stilus atticus atque latinus
sumpsit, in hoc totum codice, lector, habes.
Quo loca prima tenet Genesis, primordia mundi
diluviumque canens, gestaque magna patrum.
Exodus Aegyptum spoliat, secat aequora rubra,
pandit iter heremi, lympha ibi, lexque datur.
Inde sacerdotum gentem Leviticus ornat,
et typica exponit dona sacris typicis.
Bella virosque liber Numeri describit et actus
quis Moyses fregit idola, stupra, duces.
Post repetit legem, populo benedicit, et alma
iura dat, ac, dicto carmine, victor obit.
Dividit hinc proprio terram Navegius heros
libro, deletis urbibus atque locis.
Pridem Iudicibus quis et ordo cucurrit et actus,
continuante stilo concinit inde sequens.
Moxque sedent quae Ruth moabitis femina gessit,
clara piis meritis, clara nepote pio.
Psalmicanique actus et iniqui gesta Saulis,
prime sequensque liber, hinc, Samuhelis, habes.

Codd. Θ^{AM}VKLNXY.

Praefatio bibliothecae exametris ac pentametris versibus composita V; — omnes divinae historiae (hystorie X) veteris ac novi testamenti libros subsequens metrica prefatio (praefacio X, ab aratore edita *add.* Y^2 *int. lin.*) paucis honestissime concludit sermonibus XY; *titulum omittunt* Θ^{AM}KLN.

1. quidquid N; quiquid L | hebreo KLNXY | 5. egyptum KLX; egiptum N | equora KLNXY | 6. limpha KLNY | 8. typice Θ^{M} | sacra L | tipicis L | 11. repperit L | 13. naveius KLX | aeros V | 15. et (*ante* ordo) *om.* KLN | 16. concinante L | 17. sedent que KLX | moabitidis NY | 20. prima V | hic X | samuelis K | habe KLN.

Tertius et quartus, Malachim quis nomen inhaesit,
regum Hebraeorum ex ordine gesta canunt.
Hinc sedet Esaias, Christum de virgine nasci
qui canit, et gentes ad pia iura vocat.
Hunc prope, Hieremias, qui virgam ollamque tuetur,
ordine quadruplici flebile texit opus.
Partibus Ezechihel summis obscurus et imis
hinc est, stirps qui hominis more vocatur eri.
Post, duodenus inest vatum pius ordo minorum,
longe aliud signans quam sua verba sonent.
Nam moecham et prolem et Ioseph creber intonat Ose,
Samariam, Effraim, Gezdrahel et viduam.
Hinc Iohel eversum prius atris cladibus orbem,
Flaminis adventum concinit inde pii.
Quattuor atque tribus probris regna increpat Amos,
se et vidisse boat mistica plura satis.
Percutit Abdias Edom almi cuspide verbi,
aemulus et fratris illius ore ruit.
Naufragio Ionae signatur passio Christi,
Ninivis et vitam nomine mundus habet.
Filia latronis vastatur famine Michae,
quod ducis Israhel leserit illa genas.
Voce Naum pulsat constanti sanguinis urbem,
pacicanosque boat montis in arce pedes.
Abbacuc interno in cruce Christum spectat ocello:
cornibus his vis est eius operta, tonat.
Promit Sophonias a porta et colle quod audit,
plangorem indigenis fert quoque, Pila, tuis.
Aggeus instaurat templum, celsumque tonantem
moturum recinit aequora, rura, polum.

Codd. Θ^{AM}VKLNXY.

21. tercius LNY | et] ac KLNY | nomine X | inhesit Θ^{AM}KLNY; gessit X | 22. hebreorum Θ^{M}KLNX | 23. isaias Y; ysaias KLX | 25. hinc V | iheremias L; ieremias XY | 27. ezechiel VKLX; iezechihel Y | 28. styrps Y; stipps K | heri VLNXY; hinc Θ^{A} | eri] *Hic versus* 67-68 *inserit* V | 30. sonant KLNY | 31. mecham KLNX | osee KLNX | 32. samaria Θ^{A}; samariamque KL | ephraim VKLNY | gezrahel V; iezrahel KLNXY | 35. quatuor LNX | aeque VY; eque Θ^{AM}NX | 36. mystica KLXY | 38. emulus Θ^{M}KLN XY | 39. naufragie Y | ione KLNX | 41. feminae Θ^{M} | miche KLNXY | 42. isrł KL NX | leserat L | 43. constantis V | 45. abacuc XY | 46. is KL; ut X | vis] ius X; *om.* K† | aperta Y; aperte KLN | 48. clangorem NY; langorem K; languorem L | pira X | 50. equora KLNX | rubra V.

Mistica Zacharias postquam videt ordine plura,
sessorem Dominum dicit, aselle, tuum.
Munera Malachias populi inquit abacta prioris,
agmina cumque suis gentium amata Deo.
Iob quoque verba tenens cum gestis inde libellus
ponitur, hic parvus pondera magna vehit.
Mox dulcis dulcem depromit cantio Christum
Psalmorum, lyrici quos statuere pedes.
Protinus Ididiae resident tres ordine libri,
cui nomen Salomon sive Cohelet inest.
Alloquitur primus sub prolis nomine cunctos,
corrigit et mores, ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo sub sole secundus,
cui res est phisicas enumerare labor.
Tertius Ecclesiae thalamum Christique perornat,
rebus et in logicis vertitur eius opus.
Inde philostoricus Danihel est totius orbis,
omnia qui lapidem frangere regna canit.
Hinc duo ponuntur, quis nomen Verba dierum est,
promere sive labor gesta genusque Ducum.
Ponitur hinc Hesdras legem templumque reformans,
et reditum Israhel ad sua rura canens.
Ecclesiaeque typum referens mox scribitur Hester,
quae plebi extorri lausque decusque fuit.
Post liber est positus, cui dat Sapientia nomen,
quod Christi adventus morsque patescit ibi.
Protinus aptatur liber Ecclesiasticus isti,
quo pia iura sonant, lausque beata patrum.

Codd. Θ^{AM}VKLNXY.

51. mystica VKLXY | 54. agmimina K | 55. libellis V | 56. venit Θ^{A} | 57. vox N | cantico Y; cantica L* | 58. lirici NY | 59. ididie NY; ydidie X; ididе KL | resident] tendent V | 60. qui Y | coheleth V; coeleth LNXY; coeleht K | 62. porrigit V | aethica Θ^{M}VY | 64. qui Y | physicas KY | 65. tercius LNY | ęccłę XY; eccłe KLN | talamum Θ^{M} | 66. in *om.* N | loicis VNY | *Post* 66 *inserunt* VX *vv.* 75–78 | 67–68 *inseruit* V *inter* 28 *et* 29; *om.* X | phylostoricus KNY | daniel KL; danihelem totus orbis Y | tocius K | 71. esdras VN; ezdras KL; eszras X | templum (que *om.*) KL | 72. isrł KLNX | *Post* 72 *inserit* V *vv.* 79–82 | 73–74 *inserit* X *inter* 82 *et* 83 | 73. eclesiaeque Θ^{M}; ecclesieque K LN | 74. que KLN | 75–78 *inseruit* X *inter* 66–69 (67–68 *om.*); V *inter* 68–69 | 75. est positus] empositus Θ^{M} | 76. patescat X | 77. ęcclesiasticus X.

Hinc pia pauperies, pietas et opima, beate
est, Tobi, libro rite notata tuo.
Scribitur insignis Iudith mox femina facti,
incestus cecidit qua feriente furor.
Hinc gemini libri ponuntur Macchabeorum,
gesta quibus fratrum quattuor alma sedent.
Promit aperta novae Christum hinc hinc bucina legis,
tegmine quem typico prompsit operta vetus.
Mattheus, Marcus, Lucas sanctusque Iohannes,
vox tonat hunc horum quattuor una simul:
Primus ab humana quia coepit promere gente,
humani formam sthematis inde vehit.
Avia terribili perstringit voce secundus,
scribitur et species inde leonis ei.
Estque sacerdotii quia rebus tertius orsus,
forma iuvencalis hinc sibi rite datur.
It quia verborum pinnis super aethera quartus,
hinc aquilae specimen celsa petentis habet.
Quattuor atque decem hos Pauli scripta sequuntur,
quae orbi misit ovis, qui lupus ante fuit.
Romulidas revocat a legis pondere prima,
atque evangelicam censet habere fidem.
Arcades inlectos diverso errore secunda
ad veram scriptis convocat alma fidem.
Paenituisse placet, solatur tertia eosdem,
laudansque hortatur ad meliora simul.
Ad fidei Galatas deducit quarta vigorem,
qua spreta pronos grande premebat onus.

Codd. Θ^{AM}VKLNXY.

79-82 *inseruit* V *inter* 72-73 | 79. pauperitas L | beatę X | *Post* 82 *inserit* X *vv.* 73-74 | 83. machabeorum Θ^{A}VKLNXY | 84. quatuor KLNX | 85. nove KLN | *alt.* hinc *om.* Θ^{A}X | buccina N | 86. promsit K | 87. matheus VKLNXY | marchus K | 88. hinc VX | quatuor LNX | 89. ad V | humano Θ^{M} | qua Y | cepit KLNX | 90. stematis X; stemmatis VY; stegmatis KLN^{2}; stigmatis N* | 91. avia] quia N; et quia KL | 93. tercius KLNY | orsus] marcus L*; *om.* L^{2} (*cancel.*) | 94. norma KL | iuvenculi VX | 95. id Y | pennis VKLNXY | ethera KL N | 96. aquile Θ^{M}KLNX | speciem en K | *Post* 96 *inserunt* VX *vv.* 133–134 et 127–132 | 97. quatuor KLNX | decim Y | has VX; mox KL | secuntur LY | 98. que KNX | orbe L* | ouis] opus L^{2} (pus *sup. ras.*) | 101. archades LN; archadas VX | illectos KLNXY^{2} | 103. penituisse KLN | placet] libet KNY | tercia XY; tercio K LN | 104. lausque Θ^{A} | 105. galathas VK LNXY | deduc N* | 106. qua spreta] quas petra V | pro*** L.

Quinta Ephesi populos venerandis laudibus effert,
quod sanctam haudquaquam deseruere fidem.
Sexta Philippenses solatur, laudat et ornat,
constanter fidei quod tenuere decus.
Moxque Colosenses praeventos septima falsis
vatibus, instituit, corrigit atque docet.
Thessala quam genuit favet hinc octava catervae,
tempora quod quum essent nubila, firma stetit.
Extima quis etiam praedicit tempora nona,
quove sit atra lues deicienda modo.
At decimae textus Timotheum informat et aptat
Ecclesiae in rebus ordinibusque sacris.
Temporis undecima supremi probra canuntur,
instruiturque viis omnibus ille bonis.
Instruit inde Titum decimae subiuncta secunda,
quo vitet hereses, presbiter esse queat.
Tertia post decimam pia dat tibi verba, Filemon,
quae Roma vinctus misit ab Urbe pater.
Ultima per legis vatumque oracula Christum
Hebraeis prolem praedicat esse Dei.
His sunt catholicae subiunctae ex ordine septem
Paginae, apostolico quas rapit ore stilus;
Scilicet una pii Iacobi, Petrique gemellae,
sunt tres Iohannis, una ibi, Iuda, tibi est,
Conplent quae Ecclesiam generali dogmate totam,
instituuntque fidem, iusque salutis habent.
Hinc ad apostolicos, quos Lucas protulit, Actus
it stilus, Ecclesiae qui nova gesta canunt.

Codd. Θ^{AM}VKLNXY.

107. offert X | 108. sanctam] secundam X | 109. phylippenses N; philippeses K | 111. voxque K | colossenses X | preventos Θ^{M}KL^{2}; preventas L* | 113. tessala Θ^{A}KLY | quem Θ^{A} | caterve KLN | 114. cum VKL NXY | esset V | 115. extima *om.* N | predicit K | nova V | 116. quodve Y | deiicienda V | 117. ad Θ^{M} | decime Θ^{M}KL NX | thimotheum N | 118. ecclesie Θ^{AM} KLNY | rebus + que Θ^{M}* | 119. suppremi VKL* | 120. omnibus + que Y | 121. tytum XY | decime KLN | 122. vitans KLX | prębsbiter Θ^{M} | 123. tercia KLNY | philemon VLY; phylemon NX | 124. que KLN | 126. hebreis KLNXY; haebraeis Θ^{AM} | predicat KL | 127–132 *inseruerunt* VX (*post vv.* 133–134) *inter vv.* 96–97 | 127. catholice NXY; canonice L; *om.* K | subiuncte NX; coniuncte KL | semptem K* | 128. pagine KLN | quos Θ^{AM}LNY | 129. gemelle KLN | 130. tibi] tua VKL NX | 131. complent VY | que Θ^{M}VKLXY | ęcclesiam LXY | 133–134 *inseruerunt* VX *inter vv.* 96–97 (*ante vv.* 127–132) | 134. id L*; ut K; a Y | ęcclesię LXY; ecclesie K N | que L.

Visio sancta libros, quae sancto visa Iohanni est,
claudit et archano limite signat eos.
Hoc Testamenti Veterisque Novique sub uno
calle patens bivium ducit ad alta poli.
Hic cibus aeterno satiat praecordia pastu,
iustitiaeque famem, quo mage habetur, alit.
Hic paradisigeno veniens de gurgite potus,
quem quo plus quis adit, plus sitit omne bonum.
Haec tuba terribilis mugit per compita mundi,
mittit terrigenum ad caelica regna genus.
Haec lux horrendas errorum decutit umbras,
qua retinent mentis te via recta pedes.
Sunt hic iura Dei tenebris nudantia mundum,
splendidiora astris, candidiora nive.
Iusta iubent, iniusta vetant, mala cuncta recidunt,
virtutes gignunt, probra fugant vitia.
Lex pretiosa Dei est, quid enim pretiosius illa?
quam dat fons vitae, lux et origo boni.
Est doctrina potens, superansque scientia cunctas,
cui valet aequari nulla sub axe poli;
Cui si quam cupias sensu conferre vel arte,
ut caelo tellus, haec ita caedet ei.
Quicquid in ingenuis mundana discitur arte
artibus, hic currit liberiore via.
Quod ratione viget, vel quicquid amatur in illis,
hoc a fonte meat, huius ab amne fluit.
Quumque has in cunctis vincat, fandi ordine vincit,
quod sermone uno multa notanda docet;
Verborum atque unum non mutans tramite callem
sic plures unus res bene sermo tonat.

Codd. Θ^{AM}KLNY. *Omittit* V *vv.* 159–244. *Desinit* X *v.* 154 (axe poli).

135. que K | viso Y* | iohanne Θ^{AM} | est *om.* K | 139. eterno KN | saciat X | precordia Θ^{M}KL | 140. iusticięque Y; iusticieque KLNX; iustiaeque Θ^{A} | 141. paradysigeno KL | 142. addit KL* | 143. hec KN | competa KL*Y | 144. celica KLN | 145. hec KN | orrendas V | unbras K^2; undas K* | 151. preciosa KLNXY | preciosius KL NXY | 152. vite N | boni] dei N | 153. cuncta VKLNXY | 154. equari KL* N; equa L^2 (ri *sub ras.*) | 156. celo KL N | hec N | cedet Θ^{M}KL; cedit N | 157. quidquid Θ^{A}X; huicquid N | ingeniis VKLN | mandana Θ^{A} | 158. hec N; hęc LY | 159. quidquid N | 161. cumque Θ^{M} KLNY | in cunctis] invictis K | fandi ordine] candidior ne K | 162. nocet N; vehit KL | 164. sic] hic LN.

Sic narrat textum, tamen ut mysteria prodat,
maiora insinuat, dum modo magna canit.
Magnaque sic parvis, conponit parvula magnis,
actum ut per vilem tu pretiose sones.
In re praeterita monstrat narrando futuram,
haec referens, miro praedicat illa modo.
Acta ita describit, ut agendi conferat artem,
in re seu facta, te facienda monet.
Pondere de rerum taceo; quis, singula fando,
expediet decus hoc quis cluit atque viget:
Quae non clausa metum, fastidia non dat aperta,
non hic deterret, non ibi vilis inest?
Hic spes quaerit eam, tenet illic prompta facultas,
quo latet exercet, quo patet ista cibat.
Fortium in obscuris exercet proelia dictis,
te sermone humili, parvula turba, fovet.
Fortibus est panis, pusillis lacteus humor,
hos solidis dapibus, hos ope lactis alit.
Curat more meri, ritu demulcet olivi,
multimodo affatu sic datur una salus.
Haec etiam assiduo fastidia derogat usu,
quoque magis capitur, quaeritur inde magis.
Pluraque quum soleant meditatu horrescere grandi,
huius amor, quo plus haec meditatur, adest.
Adiuvat haec animum humili sermone legentis,
sensibus et celsis ad potiora levat.
Nam se lectorum rudium bene nosse caterva
hanc ratur, at doctis haec nova semper inest.

Codd. Θ^{AM}KLN. *Desinit* Y *v.* 188 (meditatur adest.). *Desunt* VX.

14. canaan G | 15. nemroth Ψ^{BDFM}GnKPV; menroth J | 16. edificatione Ψ^{M}GnK; hedificatione Ψ^{B} | *ante* et progenie *add. n.* 17 *cod.* n | progenię Ψ^{F}; proienie G | abram Ψ^{B} | 17. (18 n *et sic deinceps*) abrahe Ψ^{DM}GnKP; abrae Ψ^{B} | chaldeorum ZΨ^{DFM}nP; chaldorum K; caldeorum G | caldeorum + et G | in aran — suis *om.* Ψ^{B} | aram Ψ^{M} | fratribus suis *om.* Ψ^{F} | 18. abraam Ψ^{B} | de *om.* Ψ^{FB} | profeccione G | eius *om.* Ψ^{B} | in] de J | terra ZJΨ^{F} | et ubi — apparuit *om.* Ψ^{B} | ei *om.* Ψ^{F} | apparuit + in betel J | 19. abrahe Ψ^{DM}GnKP; abrae Ψ^{B} | aegyptum ZJΨ^{DFM}; egiptum G; egyptum Ψ^{B}nKPV | ac] et Ψ^{BM}GP | redditu Ψ^{B}; aditu Ψ^{M}G; creditu P | eius *om.* Ψ^{B} | et de discessu — sodomis *om.* Ψ^{B} | *ante* de discessu (et *om.*) *add. n.* 20 *cod.* n | disscessu V | et *om.* Ψ^{DM}GP.

Codd. Σ^{OM}RH.

de Loth quomodo elegit habitare in Sodomis.

XX. De Dei promissione tertio ad Abraham facta et de profectione eius in Ebron ubi construxit altare Domino et ubi cum trecentis decem et octo vernaculis pergens, fugatis quinque regibus, reduxit Loth et de Melchisedech.

XXI. De Dei promissione quarto ad Abraham in Ebron facta ubi sacrificium divisis animantibus offerenti pronuntiatur a Deo semen eius peregrinaturum; de fuga Agar et nativitate Ismahel.

XXII. De promissione Dei ad Abraham quinto repetita et de mutatione nominum Abrahae et Sarrae et de pacto circumcisionis.

XXIII. De Domino quomodo in tribus apparuit Abrahae in convalle

Codd. ZJΨG *etc.*

de discessu Loth et habitatione eius in Sodomis.

XX. De Dei promissione tertio ad Abraham et de trecentis decem et octo vernaculis pergens caesis hostibus et revocato Loth.

XXI. De Dei promissione quarta ad Abraham in Ebron et de praenuntiatione Domini quod peregrinaretur semen eius et de nativitate Ismahel.

XXII. De promissione Dei quinta ad Abraham et de inmutatione nominum Abraham et Sarrae et de pacto circumcisionis.

XXIII. De Domino quomodo in tribus apparuit Abrahae in convalle

---

Codd. Σ^{OM}RH.

20. tercio Σ^{M}; tertia R; tercia H | abraam Σ^{M} | profeccion H†; profeccione H^{1} | hebron R | et ubi + idem Σ^{OM} | tricentis RH | decem et octo *om.* Σ^{O*} | lot Σ^{M} | de *om.* RH | melchissedech Σ^{O}; melchisedec Σ^{M} | 21. ∼ promissione dei RH | abraam Σ^{M} | in ebron *om.* RH; hebron Σ^{O} | offerent Σ^{O}RH | pronunciatus RH | deo + et R | ∼ eius semen Σ^{M} | peregrinantur R; peregrinatur H | et de natiuitate RH | ismael Σ^{M}; hysmahel H | 22. abraam Σ^{M} | et] a RH | nominis Σ^{O} | et sarrae — apparuit (*cap.* 23) *om.* Σ^{OM} *quorum numeri exinde variant* | abrahe RH | sarre H; sare R | de *om.* H | 23. (22 Σ^{OM} *et sic deinceps*) abrahe R; abrae Σ^{M} | conuallem Σ^{M}; ualle RH | mambrę Σ^{O}; manbre H | pollicitus est Σ^{M} | ysahac H | lot Σ^{M}.

Codd. ZIΨG *etc.*

20. (21 J *et sic deinceps*) de dei — abraham et *om.* Ψ^{B} | tercio G | de trecentis — loth] de centum et octo uernaculis et praeda excussa et loth reuocato Ψ^{B} | de *om.* G | trecenti P; trecentum Ψ^{D} | pergens + abrae n^{2} *sup. lin.* | cesis JΨ^{DM}GnKPV | et *om.* Ψ^{M}G | 21. dei *om.* Ψ^{B}V | quinta n | ∼ quarta promissione Ψ^{B} | habraham Ψ^{M}; abraam Ψ^{B} | hebron ZJΨ^{DF}P | de praenuntiatione — abraham (*cap.* 22) *om.* Ψ^{B} *cuius numeri exinde variant* | de praenuntiatione] leprę mundatione J | prenuntiatione Ψ^{DM}KPV; praenunciatione G; pronuntiatione Ψ^{F} | dei Z | natiuitate n*; captiuitate Ψ^{BDFM}Gn^{2}KPV | 22. (21 Ψ^{B} *et sic deinceps*) domini Ψ^{F} | abraam G | immutatione G^{2}; imutatione G*; mutatione Ψ^{B} | nominis Ψ^{B} | nominum + ad Ψ^{DM}nPV | abraham et sarrae *om.* Ψ^{B} | sarre Ψ^{M}KP; sarae J; sare n | de *om.* G | 23. abrahe Ψ^{DM}GnKPV; abrae Ψ^{B} | in conualle mambre *om.* Ψ^{M}G | ualle ZΨ^{BD}P | mambrae Z^{2}J; mamrae Z* | ubi — in sodomis *om.* Ψ^{B} | ei *om.* J | ysaac Ψ^{DFM}GnKPV | quinquaginta *om.* JΨ^{DFM}GnKPV | iustis] istis Ψ^{M}.

Codd. Σ^{OM}RH.

Mambre ubi pollicetur ei Isaac nasciturum et si fuerint quinquaginta iusti; et de Loth educto de Sodomis.

XXIIII. De conflagratione Sodomorum et conceptu filiarum Loth de patre.

XXV. De profectione Abrahae in Gerara et quae apud eum gessit Abimelech rex Palestinorum.

XXVI. De nativitate Isaac in Bersabee et de ludo eius cum Ismahele et expulsione Agar cum filio; et de pactione Abimelech cum Abraham.

XXVII. De Isaac ubi immolatur a patre qui audit quod Bathueli filio Nachoris fratris Abraham Rebecca sit nata et de obitu Sarrae et sepultura eius.

XXVIII. De Rebecca quomodo ex praecepto Abrahae a servo adducta iungitur Isaac.

Codd. ZJΨG *etc.*

Mambre ubi pollicetur ei Isaac nasciturum et de quinquaginta iustis in Sodomis.

XXIIII. De subversione Sodomorum et de conceptu filiarum Loth de patre.

XXV. De profectione Abrahae in Gerara et quae apud eum gessit Abimelech rex Palestinorum.

XXVI. De nativitate Isaac et de ludo eius cum Ismahel et de expulsione Agar cum filio; et de pactione Abimelech cum Abraham.

XXVII. De Isaac ubi immolatur a patre et quod Bathueli Rebecca sit nata et de obitu Sarrae.

XXVIII. De Rebecca quomodo Abrahae servus petitor accedens acceptam iungit Isaac.

Codd. Σ^{OM}RH.

24. conceptus Σ^{M} | lot Σ^{M} | 25. abrahe RH; abrae Σ^{M} | gerare Σ^{M} | que Σ^{M} | aput Σ^{M}H | abimelec Σ^{M}; abhimelech H | 26. ysaac Σ^{O}; ysahac H | bersabeae R; bersabęę Σ^{M}H; bersabe Σ^{O} | et de ludo — ismahele *om.* RH | lusu Σ^{M} | ismaele Σ^{M}RH | paccione H | ∼ abim. pac. RH | abimelec Σ^{M}; abhimelech H | cum *om.* RH | habraam Σ^{M} | 27. ysaac Σ^{O}; ysahac H | immolatus R; imolatus H | batueli Σ^{O}; batuli H | abraam Σ^{M*}; habraam Σ^{M2} | rebeccha H | obito RH | sare Σ^{M}; *om.* RH | eius] sarrae RH | 28. precepto Σ^{M}H | abrahe Σ^{O}R; habrae Σ^{M} | ysaac Σ^{O}; ysahac H.

Codd. ZJΨG *etc.*

24. sodorum Ψ^{B}; quo domorum Ψ^{F} | de *om.* ZΨ^{B} | filiarum *om.* J | loth] ieth J* | 25. profeccione G | abrahe Ψ^{DM}G^{2}nKPV; abrae Ψ^{B}G* | gerare J | et] ut G | que Ψ^{M}K | aput Ψ^{M}; circa Ψ^{B} | abihymelech Ψ^{B} | 26. ysaac Ψ^{DF}nKPV; ysaach G; ysahac Ψ^{M}; ysaa Ψ^{B} | de eius *om.* Ψ^{B} | hismahel Ψ^{M}KP; hismahele Ψ^{B} | et de expulsione — abraham *om.* Ψ^{B} | paccione G | abimalech K | 27. ysaac Ψ^{DFM}GnKPV; ysaach Ψ^{B} | ubi *om.* Ψ^{F*} | ymmolatur G; immolatus P | et quod — sit nata *om.* Ψ^{B} | bathuheli Ψ^{M}P; batueli JG; batuheli ZΨ^{D} | de *om.* Ψ^{B} | sarre Ψ^{BDM}KP; sare n | 28. abrahe Ψ^{DM} GnKPV; abrae Ψ^{B} | ∼ seruus abrae Ψ^{B} | ysaac Ψ^{DFM}nKPV; ysaach Ψ^{B}.

Codd. Σ^{OM}RH.

XXVIIII. De Abraham ubi Cethuram accepit uxorem et de obitu Abrahae; et de progenie Cethurae et de generatione Ismahelis et de conceptu et partu Rebeccae.

XXX. De Esau ubi vendidit primogenita sua fratri et de promissionibus Dei ad Isaac in Geraris ubi Rebeccam sororem dicens seruit et invenit centuplum; et de puteorum contentione cum Palestinis.

XXXI. De profectione Isaac in Bersabee ubi secundo ei Dominus apparuit; et de pacto regis Abimelech cum Isaac et de Esau et de uxoribus eius.

XXXII. De caecitate Isaac et quomodo pro Esau benedixit Iacob.

XXXIII. De odio Esau circa Iacob et fuga Iacob ad Laban fratrem Rebec-

Codd. ZJΨG *etc.*

XXVIIII. De Abraham ubi Cethuram accepit uxorem et de obitu Abrahae et de progenie Ismahelis et de conceptu et partu Rebeccae.

XXX. De Esau ubi vendidit primogenita sua Iacob et de promissionibus Dei in Geraris et ubi seminavit et invenit centuplum.

XXXI. De promissione Isaac in Bersabee ubi secundo apparuit ei Dominus; et de pacto regis Abimelech cum Isaac et de Esau et de uxoribus eius.

XXXII. De caecitate Isaac et quomodo pro Esau benedixit Iacob.

XXXIII. De odio Esau circa Iacob et de fuga Iacob ad Laban et de

---

Coad. Σ^{OM}RH.

29. abraam Σ^{M} | cetthuram Σ^{O2}; cetturam Σ^{O*}; ceturam H | abrae Σ^{M} | proienie H; proieniae R | cethure Σ^{M}; cetthurę Σ^{O2} | cetturę Σ^{O*}; ceture H | generatione] progenie Σ^{OM} | ismaelis Σ^{M}; hismahelis H | rebecce Σ^{OM}H | ∼ rebecce partu et conceptu Σ^{O} | 30. ysahac H | geraris] get Σ^{M} | rebecca Σ^{M}; rebeccham H | seuit RH | contemptione H; conteptione R | 31. ysaac Σ^{O}; ysahac H | bersabeae R; bersabęę Σ^{M}H; bersabet Σ^{O} | ∼ dñs ei H | abimelec Σ^{M}; abhimelech H | ysahac H | *alt.* de *om.* Σ^{M} | 32. cecitate Σ^{O}RH | ysahac H | yacob H | 33. circha H | yacob H | fratre R | rebecce Σ^{OM}H; rebecchae R | somno R*; somnio R^{2}H | betel Σ^{O*} | et de angelis Σ^{M}.

Codd. ZJΨG *etc.*

29. abraam Ψ^{B}G* | cęthuram Ψ^{F}; ceturam Z | abrahe Ψ^{M}GnKPV; abrae Ψ^{B} | progeniae Ψ^{D}V; proienie G | hismahelis KV; ysmahelis Ψ^{B}G | et de conceptu — rebeccae *om.* Ψ^{B} | et partu *om.* G | rebecce Ψ^{M}GnK | rebecc(ae) + et uxoribus eius $\Psi^{F}K^{2}$ | 30. uendit Ψ^{DFM}nKPV | et de promissionibus — centuplum *om.* Ψ^{B} | 31. promissione] feccione G | ysaac Ψ^{DM}GnKPV | bersabeae Ψ^{BDM}GnPV | deus Ψ^{M}PV | pactu V | abimalech K; abimeleth P | ysaac Ψ^{DFM}nKP; *om.* JΨ^{M} | de *om.* JG | et de uxoribus eius *om.* Ψ^{F} | de *om.* ZΨ^{M}G | 32. cecitate JΨ^{BDFM}nKPV | cecitate + esau Ψ^{F}†G | ysaac Ψ^{BDF}GnKPV | et *om.* J | pro] pre K†; etiam J; loco Ψ^{B} | 33. de (*ante* fuga) *om.* JΨ^{B} | iacob ad laban] eius in mesopothamia Ψ^{B} | sompnio $G^{2}\Psi^{B}$; somno Ψ^{F}; sompno G* | et + de Ψ^{DFM}GnK | et angelos — loquentem] uisa in eo Ψ^{B} | angelos] Z*n*; angelis $Z^{2}n^{2}$ | et + quod n^{2} | deum G.

Codd. Σ^{OM}RH.

cae in Mesopotamiam et de somno in Bethel; de scala et angelis et Domino.

XXXIV. De servitio Iacob pro uxoribus et de conceptu ovium pro varietate virgarum; et de nativitate undecim patriarcharum.

XXXV. De profectione Iacob a Mesopotamia, et de iurgio eius et pacto cum Laban et divisione multitudinis et conluctatione viri cum Iacob et reconciliatione mutua Iacob et Esau.

XXXVI. De commoratione Iacob in Sichem et stupro in Dinam perpetrato et de excidio eiusdem urbis et de idolis sub terebintum absconditis.

XXXVII. Quomodo pertenderit in Bethel ubi a Deo vocatus est Israhel et deinde in Effrata ubi Rachel edito Beniamin obiit et sepulta est; et Ruben ad patris sui concubinam ingressus est atque recensitis duodecim patriarcharum nominibus venerit ad patrem in Ebron; et de obitu Isaac et generationibus Esau.

Codd. ZJΨG *etc.*

somnio et scala et angelos et Dominum vidit loquentem ad se.

XXXIIII. De servitio Iacob pro uxoribus et de conceptu ovium pro varietate virgarum; et de nativitate filiorum Iacob.

XXXV. De profectione Iacob de Mesopotamia et de iurgio eius cum Laban et pacto et de visione angelorum et conluctatione et pacatione Iacob cum Esau.

XXXVI. De habitatione Iacob in Sichem et stupro in Dinam et interfectione urbis; et de idolis absconditis sub terebinto.

XXXVII. De reditu Iacob in Bethel in quo denuo apparuit ei Deus et vocavit eum Israhel et de Efrata ubi Rachel edito Beniamin obiit et sepulta est; et ubi Ruben ad concubinam patris sui ingressus est, et nominibus patriarcharum et de obitu Isaac et generationibus Esau.

Codd. Σ^{OM}RH.

34. seruicio Σ^{O}H | yacob H | contemptu R | 35. yacob | ad mesop. RH | et de pacto RH | de uisione RH | mult. + angelorum RH | conculcatione RH | mutua *om.* RH | yacob H | 36. commemoratio R; comemoratio H | yacob H | sycem R | et de stupro Σ^{M} | de (*ante* excidio) *om.* RH | terebinto RH | 37. pertenderet RH | betel Σ^{O*} | effratha Σ^{O}; eufrata Σ^{M}; ephrata R | patri Σ^{M}H | atque] ut quae RH | nominibus + et iacob ubi Σ^{M} | uenit RH | hebron R | ysahac H.

Codd. ZJΨG *etc.*

34. pro] de Ψ^{D}nP | pro + duo Ψ^{B} | de *om.* ZJ | concepto G* | uirgarum — iacob *om.* Ψ^{B} | natifuitate P; uarietate Ψ^{D} | 35. profeccione G; profectio Ψ^{D}P | mesopothamia JΨ^{BF} | de *om.* Ψ^{B}G | et pacto — esau *om.* Ψ^{B} | pactu nV | de uisione] diuisione Ψ^{D}n*K*PV | colluctatione J | pactione Ψ^{FM}GK*V; paccione n* | 36. sichen Ψ^{B} | et stupro — terebinto *om.* Ψ^{B} | strupro n*P | interfeccione G | ydolis Ψ^{DFM}GKPV | sup Ψ^{M} | terebinto G*; terrebinto Ψ^{M}; terebintho G^{2} | 37. redditu G | in quo — esau *om.* Ψ^{B} | et *om.* ZΨ^{F}V | efra J; ephrata Ψ^{DFM}GnKPV | edita Ψ^{DM}Gn*KPV; dedito J; et lia et Ψ^{F} | est] sit Ψ^{DFM}GnKPV | est *om.* J | ysaac Ψ^{DFM}nKPV.

Codd. Σ^{OM}RH.

XXXVIII. De Ioseph et somniis eius et quomodo venditus devenerit in Aegiptum; et de Iuda et quae de Thamar memorantur.

XXXVIIII. De Ioseph ab eunucho vel empto vel in carcerem misso ubi regis pincernae atque pistori interpretatus est somnia et de somniis pharaonis.

XL. De Ioseph ubi post biennium eductus de carcere somnia regis edisserit et dominus Aegipti constituitur et de uxore eius ac duobus liberis.

XLI. De fratribus Ioseph quomodo descenderunt in Aegiptum et reditu eorum, relicto Simeone, et de pecunia reperta in ore saccorum.

XLII. De secunda descensione fratrum cum profectione Beniamin in Aegiptum et agnitione mutua.

XLIII. De subvectione et muneribus a Ioseph vel fratribus datis vel

Codd. ZJΨG *etc.*

XXXVIII. De Ioseph et somniis eius et venditione eius in Aegiptum; et de Iuda et quae de Thamar memorantur.

XXXVIIII. De Ioseph ab eunucho empto et in carcerem misso et de somniis pharaonis.

XL. De Ioseph educto de carcere et somnium regis edisserit et dominus Aegipti constitutus est et de uxore eius ac duobus liberis.

XLI. De fratribus Ioseph quomodo descenderunt in Aegiptum et de reditu eorum, relicto Simeon, et pecunia reperta in saccis.

XLII. De secunda fratrum Ioseph profectione cum Beniamin in Aegiptum et agnitione mutua.

XLIII. De subvectione et muneribus a Ioseph fratribus datis et de

---

Codd. Σ^{OM}RH.

38. yosep Σ^{M}; yoseph H | somnis RH | deuenit RH | egiptum Σ^{OM}; aegyptum R | *alt.* et *om.* H | que Σ^{M}H | memoratur Σ^{M} | 39. iosep Σ^{M}; yoseph H | eunuco Σ^{OM} | uel] Σ^{O*}; *om.* Σ^{O2M} | emto Σ^{O} | uel] et Σ^{O} | carcere RH | remisso Σ^{M} | somnis RH | 40. iosep Σ^{M}; yoseph H | regis] Σ^{O*}; regi Σ^{O2} | dñs H | egipti Σ^{M}; aegypti R | hac H | 41. iosep Σ^{M}; yoseph H | egiptum Σ^{OM}; aegyptum R | simeon H; symeon R | peccunia Σ^{O}RH | 42. descensione — prof.] fratrum prof. cum RH; profeccione H | egiptum Σ^{OM}; aegyptum R | 43. subueccione H | iosep Σ^{M}; yoseph H | uel] Σ^{O*}; *om.* Σ^{O2} | patri] fratri RH | yacob H | descenderat Σ^{M} | egiptum Σ^{M}; aegyptum R.

Codd. ZJΨG *etc.*

38. sompniis Ψ^{B}G | uendicione G | egiptum G; aegyptum ZJΨ^{DFM}; egyptum Ψ^{B}n KP | et quae — memorantur *om.* Ψ^{BD}P | que Ψ^{M}G; que quae Ψ^{F} | tamar G; thamanem Ψ^{M} | memoratur Ψ^{F}; permittantur Ψ^{M} | 39. eonucho Z | carcere JΨGnKPV | de *om.* Ψ^{B} | sompniis Ψ^{B}G | 40. et] ubi Ψ^{B} | et + quod n^{2}K | sompnium Ψ^{B}G | regi ZΨ^{DM} nP | egipti G; aegypti ZJΨ^{BDF}P; egypti Ψ^{M}nK | constitus G* | de *om.* G | ac] et JΨ^{BDFM} GnKPV | et + a J | 41. egiptum G; aegyptum ZJΨ^{FM}; egyptum Ψ^{BD}nKP | de *om.* Ψ^{B} | redditu G | symeon JΨ^{DFM}nKPV; symõe Ψ^{B} | peccunia G | 42. ∿ ioseph fratrum Ψ^{FM}G | profectio $n^{\dagger}$ | egiptum G; aegyptum ZJΨ^{DFM}P; egyptum Ψ^{B}nK | et + de Ψ^{B} | agnitioni Ψ^{DFM}Gn*PV | mutuae Ψ^{DFM}Gn*PV | 43. a *om.* G | omni *om.* Ψ^{M} | domu Ψ^{F}*P; domus Ψ^{M} | egiptum G | aegyptum ZJΨ^{DFM}P; egyptum Ψ^{B}nK.

Codd. Σ^{OM}RH.

patri transmissis et de Iacob quomodo descenderit cum omnibus suis in Aegiptum.

XLIIII. De ingressu Iacob ad pharaonem et de possessione sibi vel filiis a Ioseph in terra Gessen data.

XLV. De oculis Iacob senectute caligantibus; ubi et filiis Ioseph commutatis manibus benedicit et nominatim postea duodecim patriarchis.

XLVI. De obitu Iacob et sepultura eius in Ebron et de morte Ioseph.

Codd. ZJΨG *etc.*

profectione Iacob cum omni domo sua in Aegiptum.

XLIIII. De ingressu Iacob ad pharaonem et de possessione sibi data in terra Gessen.

XLV. De caligine oculorum Iacob et benedictione in filiis Ioseph et benedictione filiorum Iacob duodecim.

XLVI. De obitu Iacob et sepultura eius in Ebron et de morte Ioseph.

Codd. Σ^{OM}RH.

44. faraonem Σ^{OM} | a *om.* RH | iosep. Σ^{M}; yoseph H | iessen Σ^{O2M}; iesen Σ^{O*} | 45. occulis H | yacob H | senectute — ioseph *om.* Σ^{M} | commutatibus H*; conmutatis R | benedixit RH | patriarchas H | 46. hebron R; efron Σ^{M} | iosep Σ^{M}; yoseph H | explicit capitulatio Σ^{O} — explicit capitulacio liber $\overline{g}$ Σ^{M} — expliciunt capitula libri genesis RH.

Codd. ZΨJG *etc.*

44. possione G* | gesen Z; gersen Ψ^{B} | 45. calligine Ψ^{M} | et + de Ψ^{M}P | benedicione Gn | in *om.* Ψ^{F*} | filii Ψ^{F} | benedictionem Ψ^{FM}; benedictionibus K | 46. (45 Ψ^{B}; 47 Jn) iacob *om.* J | in ebron *om.* Ψ^{B} | hebron Ψ^{FD} | *ante* de morte (et *om.*) *add. n.* 48 *cod.* J | ioseph. explicit capitulatio Z — expliciunt capitula JΨ^{BDF}GnKPV.

2

SERIES *B*

Cod. R

(1). De mundi creatione.

(2). De constitutione paradisi.

(3). De formatione hominis.

(4). De eiectione Adae de paradiso.

(5). De filiis Adae.

(6). De fil's Chaim.

(7). De Seth et filiis Adae et Noe et arcae constitutione.

(8). De Noe et trium filiorum suorum (*sic*) quando egressi sunt de arca.

Cod. R.

Incipiunt capitula | iectione | ade | 5. ade | 7. et *om.* | ade | arce | constitutionis.

Cod. R

(9). De Nemroth.

(10). De semine Abraham.

(11). De quattuor et quinque regibus.

(12). De promissione facta Abrahae et divisione animalium.

(13). De circumcisione Abrae et totius domus suae.

(14). De tribus angelis qui apparuerunt Abrahae.

(15). De destructione Sodomae et Gomorrae et liberatione Loth.

(16). Quomodo Abraham habitavit in Gerarim.

(17). De Ysaac et Ismahele.

(18). De pacto Abimelech et Abrahae.

(19). De immolatione Ysaac.

(20). De fuga Iacob in Mesopotamiam et obdormitione eiusdem.

(21). De Iacob reversione in patriam suam.

(22). De nunciis Iacob quos misit Esau.

(23). De Dina filia Iacob corrupta a Sichem filio Emor.

(24). De itinere Iacob in Bethel et ydolorum absconsione.

(25). De Esau et eius uxoribus.

(26). De Yoseph in Egyptum vendito.

(27). De Iuda et filiis eius.

(28). De somnis duorum eunuchorum pharaonis.

(29). De somnis pharaonis...

(30). ... qui Effrem dicebatur.

(31). De filiis Iacob.

(32). De agnitione mutua Yoseph et fratrum suorum.

(33). De ingressu Iacob et filiorum eius in Egyptum.

(34). De benedictionibus filiorum Israel.

(35). De morte Iacob et Ioseph.

Cod. R.

10. semi | abraam | 12. habrah(e) *2 m.* | 13. abrahe | 14. habrahe | 15. sodome et gomorre | 16. habraam | 18. habrae | 27–28. *Hic iterum* de iosep in egyptum uendito | 28. sompnis | 29. sompnis | 30 aacob | 34. ioseph. Expliciunt capitula.

3

SERIES C

Cod. J

I. De operibus sex dierum.

II. De paradiso et fluviis eius.

III. De precepto Dei et formatione mulieris et suggestione serpentis et transgressione precepti et pena.

IIII. De Abel et Cayn.

Cod. J.

Incipiunt capitula in libro genesis. | 1. Capitulum primum.

Cod. J

V. De Lamech et Enoch.

VI. De causa diluvii.

VII. De constitutione arche et diluvio.

VIII. Recordatus est Dominus Noe et de corvo et columba.

IX. Egreditur Noe de archa, edificat altare, offerunt holocaustum, propitiatur Dominus, benedicit Noe et filiis eius.

X. De signo federis, et de filiis Noe et quod Noe inebriatus est et nudatus.

XI. De edificatione turris et confusione linguarum.

XII. Dixit Dominus ad Abram: egredere de terra. Descendit Abram in Egyptum; flagellatur pharao propter uxorem eius; dividitur Loth ab Abram et habitat in Sodomis.

XIII. Pugnant quatuor reges adversus quinque, abducitur Loth et omnis substantia Sodomorum, insequitur Abram predatores, reducit Loth et omnem populum.

XIIII. Quod promittit Dominus filium Abre et de sacrificio eius.

XV. Ingreditur Abram ad Agar; fugit Agar affligente eam Sarai et ad commonitionem angeli revertitur.

XVI. De mutatione nominum Abre et Sarai et de pacto circumcisionis et quod visus est Dominus Abrahe cum iret perdere Sodomitas.

XVII. Venerunt Angeli Sodomam et manserunt apud Loth; evertitur Sodoma; uxor Loth in statuam salis convertitur.

XVIII. Peregrinatus est Abraham in Geraris.

XVIIII. De nativitate Ysaac et abiectio Agar et Hismaelis.

XX. De immolatione Ysaac.

XXI. Quod Ysaac accepit Rebeccam in coniugem.

XXII. De conceptu Rebecce et quod Esau vendidit primogenita sua Iacob.

XXIII. Quod Dominus prohibuit Ysaac descendere in Egiptum et quod Abimelec interdixit ne uxor eius ab aliquo tangeretur.

XXIIII. Quod Palestini per invidiam obstruxerunt omnes puteos quos pater eius foderat.

XXV. Qualiter Iacob fratris benedictionem preripuerit.

XXVI. De fuga Iacob et de scala quam in sompnis vidit.

XXVII. Qualiter Iacob Rachel et Lyam accepit uxores.

XXVIII. De reversione Iacob ad patriam.

XXVIIII. Quod Iacob ad occursum Esau timuit et de lucta eius cum angelo.

XXX. De occisione Sicchimorum propter Dinam et quod Iacob edificavit altare in Bethel.

XXXI. De venditione Ioseph.

XXXII. De Thamar nuru Iude.

XXXIII. Qualiter Ioseph missus sit in carcerem.

XXXIIII. De somniis eunuchorum pharaonis.

XXXV. De somniis pharaonis et et exaltatione Ioseph.

XXXVI. Qualiter filii Iacob bis in Egiptum descenderint et qualiter agnoverint Ioseph.

Cod. J

XXXVII. Qualiter Ioseph totam Egiptum subiecerit pharaoni.

XXXVIII. De benedictionibus quibus Iacob singulis filiis suis benedixit, et quomodo appositi sunt Iacob et Ioseph ad populum suum.

Cod. J.

28. suum. Expliciunt capitula libri geneseos.

4

SERIES *D*

Cod. F

I. Ubi Dominus, consummato quinque dierum opere, fecit sexto die hominem de limo terre et septimo requievit.

II. Ubi omnia animantia adduxit Deus ad Adam ut videret quid vocaret ea et de muliere costa viri sumpta. De trangressione mandati et cui penae sunt subiecti et de Abel occiso a fratre suo.

III. Liber generationis Adam sive omnis progeniei eius usque ad Noe.

IIII. Ubi precepit deus Noe ut faceret archam et ingrederetur eam, quia diluvio peritura erat omnis caro.

V. Ubi Noe egrediens de archa obtulit holocaustum Domino, cui dixit Dominus non se maledicturum terram.

VI. Ubi Cham videns nuditatem patris non operuit eum et a patre maledictus fratrum suorum servus factus.

VII. Ubi filii Noe divisi sunt per diversas provincias secundum cognationes suas.

VIII. Ubi progenies Noe cogitavit construere turrem cuius cacumen pertingeret usque ad celum et confusae sunt linguae eorum et de Abram ubi accepit uxorem.

VIIII. Ubi pharao voluit rapere uxorem Abram ob pulchritudinem eius, sed a Domino correptus est.

X. Ubi Abraham ascendit de Aegypto cum Loth et divisi sunt ab utroque ob causam litigii pastorum, ibique promisit ei Dominus possessionem terre Chanaam.

XI. Ubi convenerunt reges multi et depraedati sunt Loth quos persecutus Abraham percussit in ore gladii, cui occurrit Melchisedech offerens panem et vinum.

XII. Ubi sermo Domini per visionem factus est ad Abraham et promissione hereditatem accepit et credidit et reputatum ei ad iustitiam, cui et dictum est quod peregrinum futurum esset semen eius XL annis.

Cod. F.

Incipiunt capitula in libro genesis | 3. usque ad ***.

Cod. F

XIII. Ubi Sarai dedit Agar ancillam suam viro Abram ut ingrederetur ad eam et ex ea haberet filium.

XIIII. Ubi dixit Deus: non vocaberis Abram sed Abraham erit nomen tuum et quomodo iubetur circumcidi.

XV. Ubi circumciditur Abraham et omnis familia eius et quomodo apparuit ei Dominus pergenti Sodomam promittens Saram parituram unde illa risit.

XVI. Ubi filiae Loth concubuerunt cum patre suo.

XVII. Ubi rex Abimelech accepit uxorem Abrahae et correptus est a Domino propter eam.

XVIII. Ubi nato Isaac coegit Sara Abraham eicere ancillam cum filio suo, quam exeuntem invenit angelus Domini errantem et de Abimelech qui pepigit foedus cum Abraham.

XVIIII. Ubi temptavit Deus Abraham ut offerret filium suum Isaac in holocaustum.

XX. Ubi Sara mortua est et emit Abraham sepulchrum ab Effron.

XXI. Ubi Abraham iam senex praecepit servo suo ne acciperet filio suo Isaac uxorem de terra Chanaan nisi de cognatione sua; de morte Abraham.

XXII. Designantur generationes Ismael et Isaac quo orante pro Rebecca concepit et peperit Iacob et Esau primogenito et de Isaac qui tempore famis venit ad Abimelech regem dixitque uxorem suam sororem esse timens ne ob eius pulchritudinem moreretur, et de Palestinis puteos patris sui obruentibus et qualiter ditatus est nimis.

XXIII. Ubi benedixit Isaac Iacob filium suum.

XXIIII. Ubi venit Esau querens et ipse benedictionem.

XXV. Ubi Iacob fugit ad Laban in Mesopotamiam ob causam Esau et veniens in Bethel vidit in visione scalam pertingentem usque ad celum et illic a Domino benedictus est et quemadmodum tradiderit Laban ei Lyam et Rachel et quomodo eum revertentem secutus est socer eius et de muneribus fratri Esau datis vel ubi luctatus est cum angelo et benedictus ab eo et obstipuit nervus femoris eius.

XXVI. Ubi Dina rapta ab Emor filio violatur unde indignati fratres eius interfecerunt illum cum domo eius et ciuitatem concluserunt in ore gladii.

XXVII. Ubi iterum apparuit Dominus Iacob dicens ei: Israhel erit nomen tuum, et de Rachel mortua in via Effrata et de Ruben qui concubuit cum Bala concubina patris sui.

XXVIII. Ubi separati sunt ab invicem Iacob et Esau de quibus nati sunt reges et duces copiosi qui regnaverunt in Edom.

XXVIIII. De Ioseph qui veniens ad fratres suos tentus est ab eis et venditus in Aegypto.

XXX. De somnio pharaonis quod interpretatus est Ioseph, quo facto Domino terre Aegypti, venerunt fratres eius emere frumenta, a quibus primo non est agnitus et de adventu Iacob

Cod. F

in Aegypto et quomodo suscepit domum eius pharao dans ei terram Gersen.

XXXI. Ubi Iacob moriturus congregavit filios suos benedicens eis et annuntians futura et que illis essent ventura et quemadmodum sepultus est et de fratrum Ioseph formidine vel de ipsius adiuratione pro ossibus suis.

5

SERIES *E*

Cod. L

(1). Primo die creavit Deus lucem, quem diem nos vocamus dominicum, quod est VIII kalendas aprilis, qua die mundus traditur institutus et est equinoctium.

(2). Secundo die fecit firmamentum inter aquas et aquas, quae est secunda feria VII kalendas aprelis.

(3). Tertio die congregationes aquarum et produxit terra virgultum et herbas, sexto kalendarum aprelium.

(4). Quarto die fecit solem et lunam quem nos quarta feria dicimus, V kalendas aprilis.

(5). Quinto die produxerunt aquae volucres caeli et omnia quae repunt in aquis, IIII kalendas aprilis.

(6). Sexto die produxit terra omnem animam viventem et fecit deus hominem manibus suis, III kalendas aprilis.

(7). Septimo die requievit Deus ab operibus suis sabbato.

(8). Ubi dixit Deus: fiat firmamentum in medio aquarum.

(9). Ubi dixit: producat terra animam viventem.

(10). Ubi dixit: non est bonum esse hominem solum.

(11). Ubi dixit quia fecit Deus Adae tunicas pellicias et uxori eius.

(12). Ubi dixit: hic est liber generationis Adae.

(13). Ubi dixit: haec sunt generationes Noe.

(14). Ubit dixit quia arca ferebatur super aquas.

(15). Ubi dixit: aedificavit Noe altare Domino.

(16). Ubi dixit: haec sunt generationes filiorum Noe.

(17). Ubi dixit: haec generationes Sem.

(18). Ubi dixit Deus ad Abraham: egredere de terra tua.

(19). Ubi dixit Abraham ad Loth: ne queso sit iurgium inter me et te.

(20). Ubi Melchisedech benedixit Abrahae.

Cod. L.

Incipiunt capitula libri genesis | 13. noę | 15. haedificauit | 18. habraham.

Cod. L

(21). Ubi dixit quia Sara uxor Abrahae non genuerat liberos.

(22). Ubi dixit Deus Abrahae ut Sarai uxorem suam Sara vocaret.

(23). Ubi dixit Deus: clamor Sodorum et Gomorreorum multiplicatus est.

(24). Ubi dixit: pluit Deus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem.

(25). Ubi dixit: Deum oravit Abraham pro Abimelech.

(26). Ubi dixit Deus Abraham: offer mihi filium tuum.

(27). Ubi Sara uxor eius est mortua.

(28). Ubi mittit Abraham servum suum ut accipiat uxorem filio suo.

(29). Ubi benedicit servus Dominum Deum domini sui.

(30). Ubi offert servus Abrahae munera pro Rebecca.

(31). Ubi dixit: haec generationes Hysmahel.

(32). Ubi mansit in Geraris.

(33). Ubi dixit: Esau quinquagenarius duxit uxorem.

(34). Ubi benedixit Ysahac Iacob filio suo.

(35). Ubi dixit: egressus Iacob de Bersabee pergebat Aram.

(36). Ubi aperuit Dominus vulvam Liae.

(37). Ubi dixit: recordatus Dominus Rachelis aperuit vulvam eius.

(38). Ubi audivit Iacob filios Laban murmurantes contra eum.

(39). Ubi ingressus est Laban in tabernaculum Iacob inquirens deos suos.

(40). Ubi venerunt obviam angeli Dei ad Iacob.

(41). Ubi dixit Iacob: vidi Dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea.

(42). Ubi aedificauit Iacob tabernacula sibi.

(43). Ubi apparuit Deus Iacob et mittit eum in Bethleem.

(44). Ubi dixit: haec generationes Esau, ipse est Edom.

(45). Ubi dixit de regibus qui regnaverunt in Edom.

(46). Ubi mittit Iacob Ioseph ad fratres suos.

(47). Ubi dixit Iacob: descendam ad filium meum lugens in infernum.

(48). Ubi Ioseph venundatur in Egyptum.

(49). Ubi Ioseph in carcerem mittitur.

(50). Ubi pharao somnium vidit.

(51). Ubi Ioseph somnium solvit pharaoni.

(52). Ubi dicitur Iacob quod frumentum venundaretur in Egypto.

(53). Ubi dixit Iacob filiis suis: absque liberis me esse fecistis.

(54). Ubi revertuntur in Egyptum cum Beniamin.

Cod. L.

24. gomurram *1 m.* | sulphul *1 m.* | 26. ad abraham *2 m.* | michi | 28. mittet | 29. benedicet | 30. offeret *2 m.* | 33. quagenarius | 42. haedificauit | 43. mittet.

Cod. L

(55). Ubi iubet dispensatori suo ut saccos eorum impleret tritico.

(56). Ubi dixit: ego sum frater vester quem vendidistis in Egypto.

(57). Ubi dedit Ioseph fratribus suis plaustra ad subvectionem.

(58). Ubi mittit Iacob Iudam ante se ad filium suum.

(59). Ubi emit Ioseph omnem terram Aegypti.

(60). Ubi benedixit Iacob Ioseph et filios eius.

(61). Ubi dixit Iacob Beniamin: lupus rapax.

(62). Ubi revocant Iacob mortuum filii sui in terra Chanaan.

Cod. L.

56. dixit ioseph *2 m.*

6

SERIES *F*

Forma a

Codd. Θ^{AM}CD.

I. De creatione mundi et plasmatione hominis. De interdictione arboris et praevaricatione et sententia Dei.

II. Tunicis pelliciis indutum Adam et uxorem et custodiam ligni vitae et nativitatem Cain et Abel. De muneribus eorum et parricidio Cain in Abel et catalogus vitae patrum.

III. Corrupta terra per inmunditiam hominum, Dominus ad Noe dicit ut arcam sibimet fabricaret et universae carnis seminario reservato diluvium superinducit.

Forma b

Cod. Q.

I. De creatione mundi et plasmatione hominis; de interdicto arboris et praevaricatione Adae; et sententia Dei.

II. Tunicis pelliciis indutum Adam et uxorem eius et custodiam ligni vitae et nativitate Cain et Abel et de muneribus eorum et parricidio Cain in Abel et catalogus vitae patrum.

III. Corrupta terra per inmunditiam hominum, Dominus ad Noe dicit ut archam sibimet fabricaret et universae carnis seminario reservato diluvium superinducit.

Codd. Θ^{AM}CD.

Incipiunt breues libri genesis Θ^{A} — incipiunt capitula in libro genesis Θ^{M}D — incipiunt capitula C | 1. preuaricatione + ade C | sentencia D | 2. uxorem + eius C | custodia CD | natiuitate CD | chain D | habel D | parricidię D; fratricidio C | chain D | habel D | chatalogus D | uita D | 3. dixit D | archam D | seminario] seminare ore D | seruato Θ^{A}; *om.* D | superinducit *om.* D.

Codd. ΘAMCD.

IIII. Noe aedificat altare Domino et Dominus promittit super terram ultra diluvii aquas non missurum. Signum foederis arcum ponit in nube et ubi Noe vineam plantat; redactis fructibus inebriatur atque nudatur; nuditatem patris Cam impie ridens iugum servitutis incurrit.

V. Catalogus filiorum Noe quemadmodum disseminati sunt super omnem terram. De aedificatione turris et confusione linguarum et nativitate Abrahae.

VI. Dicit Deus ad Abraham: egredere de terra tua et de cognatione tua. Descendit in Aegyptum et Sarram uxorem suam sororem visus est appellare et propter eam flagellavit Dominus pharaonem; et divisionem Loth et Abraham.

VII. Reges gentium congregati contra Sodomam inire certamen. Loth depraedatum Abraham cum vernaculis suis una cum praeda revocat. De Melchisedech sacrificium futuri temporis praesagante.

VIII. Ubi Abraham dicit quod absque liberis sit et vernaculum adoptat heredem atque a Domino audit de utero eius futurum illi esse here-

Cod. Q.

IIII. Noe aedificat altare Domino et Dominus promittit super terram ultra diluvii aquas non missurum. Signum foederis arcum ponit in nube. Noe vineam plantat et inebriatur atque nudatur. Nuditatem patris Cam videns iugum servitutis incurrit.

V. Catalogus filiorum Noe. Aedificatio turris. Confusio linguarum. Nativitas Habrahe.

VI. Ubi dicit Dominus ad Abraham: egredere de terra tua; descenditque in Egyptum. Et Saram uxorem suam sororem appellavit et propter eam flagellavit Dominus pharaonem; et divisio Loth et Abrahe.

VII. Reges gentium Sodomam debellant; Loth captivum ducunt; Abraham Loth liberat cum preda; et de Melchisedech et sacrificio eius.

VIII. Ubi dicit Abraham quod absque liberis sit et audit a Domino quod haberet filium et semen eius futurum peregrinum in terra non sua,

---

Codd. ΘAMCD.

4. noę D | supra D | diluuium D | archum C | noę D | fluctibus *codd.* | inębriatur ΘM; inebriatus CD | nudatus *codd.* | nuditate ΘA; *om.* D | patris cam] priscam ΘAM; priscum D | impie ridens] inpendens D | 5. chatalogus D | et (*ante* natiuitate) *om.* ΘM2 | natiuitates D | abrahe C | 6. saram C | propter eam] propterea C; pro ea D | et de uisione C | abrahę D | 7. inire] ΘA*; iniere ΘA2C | reuocat + et CD | melch. + hęc C | sacrificio D | prefigurante C | 8. dixit D | sint ΘM | a domino] ad annum ΘMD | ∼ esse illi C | heredem — semen eius *om.* D | peregrinum + esse C | pronuntiet C | futurum *om.* D.

Codd. ΘᴬᴹCD.

dem, et sacrificio oblato rursum in terra non sua semen eius peregrinum pronuntiat futurum et quarta generatione auctum conscendere et terras promissionis extinctis gentibus possidere.

VIIII. Sarra sterili permanente, eius oratione ad Agar ingressus est. De fuga Agar et apparitione angeli ad eam. De promissionibus ad Abraham factis et mutatione nominis eius.

X. Ubi Abrahae praecipitur ut se ipsum et omnes masculos domus suae circumcisione signaret, et inmutationem nominis Sarai, et quod illi centenario promitteretur nasciturus ex nonagenaria filius.

XI. In valle Mambre in tribus viris Abrahae apparuit Deus.

XII. Ubi Dominus de interitu Sodomorum cum Abraham conloquitur et gradatim de numero iustorum Abraham interrogat et de salvatione Loth atque eversione illarum civitatum.

XIII. Ubi Loth mansit in monte et de conceptu duarum filiarum eius ex eo.

XIIII. Abraham peregrinatus Geraris et Abimelech regem quando Sarram tulerat et admonitio Dei facta est ad eum ne contingeret eam.

Cod. Q.

et quarta generatione auctum conscendere et terras promissionis extinctis gentibus possidere.

VIIII. Quod Abraham petitu Sare ad Agar ingressus est; de fuga eius et apparitione angeli ad eam et de promissionibus Abrahae et mutatione nominis eius.

X. Quod Abraham iubetur ut se et omnes masculos domus suae circumcidat; et inmutatio nominis Sarai et quod centenario et nonagenaria nasceretur filius.

XI. Ubi eis in convalle Mambre in tribus viris apparuit Deus.

XII. Ubi Dominus de interitu Sodomorum cum Abraham loquitur et ipse de numero iustorum interrogat et de salvatione Loth atque eversione illarum civitatum.

XIII. Loth in monte manente duae filiae eius ex eo concipiunt.

XIIII. Abraham peregrinatur in Geraris et Abimelech aufert ei Saram sed ammonetur ne contingat eam.

Codd. ΘᴬᴹCD.

9. *hoc cap. cum praec. coniungit* C | sarra] Θᴹ*; sara Θᴹ²C | ingr. est + et D | agar et] ageret D | 10. (9 C) abrahe C | masculos] uernaculos C | circumcisionis D | inmutatione Θᴹ; inmutationes D | sarray D | nascituros D | nonagenario filio Θᴬ | filius *om.* D | 11. (10 C) abrahe C; abraę D | 12. (11 C) *hoc cap. cum praec. coniungit* D | abraam D | colloquitur C; loquitur D | et + de D | gradatum C | de numero] denuo D | eversione] conuersione D | 13. (12 CD) | 14. (13 CD) et] ad C | amalech rege D | sarram] Θᴹ*; saram Θᴹ²C | non contingerat D.

Codd. ΘᴬᴹCD.

XV. Ubi Sarra concepit et peperit filium nonagenaria Isaac centenario Abraham et Sarra dicit: eice ancillam et filium eius et iuramento Abimelech cum Abraham et de nemore plantato in Bersabee.

XVI. Temptavit Deus Abraham ut offeret filium suum et promissio facta est benedictionum in semine eius.

XVII. De morte Sarrae et emptione agri Ephron et speluncae duplicis.

XVIII. Servum adiurans dirigit Abraham ut de cognatione eius uxorem acciperet Isaac et de coniunctione eius et Rebeccae.

XVIIII. Abraham Cetturam duxit uxorem de obitu eius et sepultura de conceptu Rebeccae et partu de pulmento Iacob et benedictione (*sic*) primitiarum Esau.

XX. Ubi Isaac peregrinatus est in Geraris et Rebeccam coniugem suam dixerit esse sororem atque in illa terra seruit et centuplum invenit ubi Palestini invidentes ei puteos quos foderat obruerunt.

XXI. Apparuit Deus ad Isaac sponte impleturum se (*sic*) quod pollicitus est Abrahae atque ibi cum Amalech foedus iniit.

Cod. Q.

XV. Sara concepit et peperit Isaac et eicitur Agar et filius eius.

XVI. Temptat Deus Abraham ut offerat filium et benedicit semen eius et ipsum.

XVII. De morte Sarae et emptione agri et speluncae duplicis.

XVIII. Servus missus ab Abraham; Isaac adducit uxorem Rebeccam.

XVIIII. Abraham Ceturam ducit uxorem, moritur et sepelitur; Rebecca concipit et parit. Esau vendit primogenita Iacob pro esu lenticulae.

XX. Isaac peregrinatur in Geraris; Rebeccam sororem suam esse dicit, et in illa terra ditatus est.

XXI. Promittit Deus Isaac impleturum se quod pollicitus erat Abrahe, et iniit cum Amalech foedus.

Codd. ΘᴬᴹCD.

15. (14 CD) sarra] ΘᴹA*; sara ΘᴹA²C | nonegaria ΘA | ysaac centenaria C | sarra] ΘᴹA*; sara ΘᴹA²C | et de nem. — bersabee *om.* D | bersabeae ΘA*C | 16. (15 CD) benedictione D | in sem. eius *om.* D | 17. (16 CD) sarae ΘᴹA; sare C | temptatione C | ab ephiton D | spelluncę D; spelunca C | duplici CD | 18. (17 CD) iurans ΘᴬᴹD | isahac D | 19. (18 CD) cethuram CD | uxorem + et C | 20. (19 CD) est *om.* D | dicit se esse ΘᴹA *in ras.* | esse] ei se ΘᴬD | seruiuit D | ubi] ut D | 21. (20 CD) isahac D | est *om.* C | abrahe C; abraę D.

Cod. Q.

21. fedus.

Codd. ΘAMCD.

XXII. De senectute Isaac et ubi Iacob benedictionem subripuit Esau.

XXIII. Isaac vocavit Iacob et praecepit ei ne coniugem chananeam acciperet sed ad Mesopotamiam pergeret et ad Laban avunculum suum et Esau chananeas accepit uxores.

XXIIII. Iacob profectus dormivit in Bethel atque inde venit Charran ubi servivit Laban pro filiabus suis et de coniunctione eorum.

XXV. Iacob filios de Lia et Rachel atque utraque famula suscepit et de pastu gregum.

XXVI. Varias virgas ponit Iacob in Iacis et de adsumptione eius cum vellet patriam repedare ac persecutione Laban et iuramento utrorumque.

XXVII. Proficiscenti Iacob obviam fuerunt angeli Dei et legatos ac munera mittit ad Esau fratrem suum et de lucta eius cum angelo et inmutatione nominis ut Israhel vocaretur.

XXVIII. Sichem filius Emmor Dinam filiam Iacob rapuit et de ultione pudicitiae eius; de profectione Iacob et de abiectione idolorum quae sub terebyntum obruit.

XXVIIII. Verno tempore in Eu-

Cod. Q.

XXII. Senuit Isaac et Iacob subripit benedictionem.

XXIII. Isaac precipit Iacob ut accipiat uxorem de filiabus Laban avunculi sui, et Esau cananeas accepit.

XXIIII. Iacob profectus dormit in Bethel, deinde servit Laban pro filiabus suis.

XXV. Quod undecim filios genuit.

XXVI. Virgas varias ponit in canalibus; ad patriam redit; persequitur a Laban et iurat uterque.

XXVII. Obviam fuerunt ei angeli Dei; legatos et munera mittit ad Esau; luctatur cum angelo et Israhel vocatur ab eo.

XXVIII. Sichem Dinam filiam eius rapuit; vindicta pro ea; profectio eius de Sichem et abiectio idolorum.

XXVIIII. Rachel pariens Beniamin

Codd. ΘAMCD.

22. (21 CD) ysaac CD | 23. (22 CD) ysahac D | chanaan D | et (*post* pergeret) *om.* D | 24. (23 CD) charan D | earum Θ^{A^2} (ea *in ras.*) | 25. (24 CD) filios *om.* D | famulos D | 26. (25 CD) posuit D | Iancis Θ^{AM}; lachis C; canalibus D | de *om.* C | assumptione C; sumpcione D | quum Θ^{AM} | repredare D | persequutione Θ^{AM} | 27. (26 CD) proficiscente C | fugerunt D | luctatione C | nominis + eius C | ut *om.* D | uocaretur *om.* D | 28. (27 CD) sychem Θ^{M} | de *om. codd.* | emor C | ultionem C | profectione et abiectione C | quem Θ^{M}D | terebyntum] Θ^{A*}; therebintum CD; terebynto Θ^{A^2} | 29. (28 CD) ephrata D | bethlehem D; beth*leem Θ^{M} | ysaac CD | obiecerit C; obiit Θ^{A^2} (iit *in ras.*).

Cod. Q.

29. bethleaem.

Codd. Θ^{AM}CD.

frata (*sic*) parturiens Rachel decessit et sepulta est in Bethleem. Ruben concubuit cum concubina patris sui et Isaac senectute confectus obierit.

XXX. Catalogus generationum qui ex Iacob orti sunt de segregatione virorum.

XXXI. Ioseph prae ceteris filiis a patre diligitur; de somniis eius et ubi fratres suos in pastu ovium occupatos visitat et in puteo deponitur et ismahelitis negotiatoribus distrahitur.

XXXII. Iudas ad Hiram Odollamitem descendit atque inde duxit uxorem et filio suo Thamar accepit quae sequenti traditam et utroque viduata in domo patris sedit ac socero fetandum corpus fraude subiecit.

XXXIII. Ioseph in Aegyptum distrahitur atque ab aegyptia domina adamatur, ille recusat adulterium.

XXXIIII. Duo eunuchi praepositus pincernarum ac pistorum in carcere somnium vident atque a Ioseph interpretationem sciscitantur, et pharao somnium videt atque Ioseph praesagus factus est futurorum.

Cod. Q.

obiit, sepelitur in Bethleem; Ruben violat cubile patris sui et Isaac obit.

XXX. Catalogus generationum Esau et Iacob.

XXXI. Ioseph prae caeteris a patre diligitur; somniat somnia; fratres visitat et ab eis Hismaelitis venditur.

XXXII. Iudas uxorem ducit et inde sibi nato filio uxorem Thamar accepit, quae mortuis duobus filiis eius, ex ipso duos filios fraude concepit.

XXXIII. Ioseph in Egyptum portatur ibique recusans adulterium dominae, in vincula conicitur.

XXXIIII. Per interpretationem somniorum Ioseph presagos creditur futurorum.

Codd. Θ^{AM}CD.

30. (29 CD) cathalogus D | generationum + qui ex esau et C | congregatione Θ^{A} | 31. (30 CD) suis C | hismahelitis CD | distraitur C; destruitur D | 32. (31 CD) hiraam C; iram D | odollami*tem Θ^{A}; adollamitem D | suo + uxorem C | tamar D | accepitque D | et *om.* C | tradita C | uidua D | fetandum *om.* D | 33. (32 CD) egypto C | detrahitur D | ęgytia C; ęgypcia D | adamatur + at D | adulterium *om.* D | 34. (33 CD) in carcerem Θ^{A*M*} | a *om.* Θ^{AM}D | interpraetationem sciscitantur Θ^{M} *in ras.* | scistantur Θ^{A*}; scissitantur C | uidit CD.

Cod. Q.

31. pre | diligit | 32. que | 33. domine.

Codd. Θ^{AM}CD.

XXXV. Ioseph potestate accepta terrae Aegypti septem annorum fertilitatem regalibus recondit in horreis ac famis tempore totidem annorum dum frumenta distrahit a fratribus secundo remeantibus recognoscitur et muneribus datis ut patrem deponerent hortatur ac vehicula dirigit.

XXXVI. Nuntio audito Iacob gaudens pergit in Aegyptum ac nuntios dirigit ad Ioseph et obviam patri pergens amplexatus eum flevit, fratres suos patremque coram pharaone statuit ac dedit eis terram Gesen et omnis terra Aegypti famis egestate coacta pro argento venit et quinta pars solvitur pharaoni.

XXXVII. De aegritudine Iacob et benedictione duorum filiorum Ioseph et partem unam extra fratres suos dedit Iacob Ioseph filio suo quam tulit de manu Amorraei.

XXXVIII. Iacob vicinior obitu filios convocat suos et propriis benedictionibus munerat et futuri temporis

Cod. Q.

XXXV. Accepta potestate frumenta recondit fertilibus annis; quae dum distrahit tempore famis ad fratrum notitiam venit, sicque Iacob et in Egyptum descendit.

XXXVI. Veniente Iacob Egyptum obviam it ei Ioseph; patrem et fratres statuit coram pharaone et dedit eis terram Gessen.

XXXVII. Iacob egrotat et benedicit filios Ioseph.

XXXVIII. Iacob benedicit filios suos propriis benedictionibus et defunctus in terram Chanaan defertur

---

Codd. Θ^{AM}CD.

35. (34 CD) terrae] in terra C; terram D | recedit D | orreis D | dum frumenta] de frumento D | et muneribus — dirigit *om.* D | 36. (35 CD) nuncio D | nuncios D | pharaonem Θ^{A*} | gessen D | et omnis — pharaoni *om.* D | egypti C | 37. (36 CD) egritudine Θ^{M}CD | iosep D | ∿ ioseph iacob D | quam — amorraei *om.* D | amorrei C | 38. (37 CD) ∿ suos conuocat D | numerat D | temporis + et Θ^{A} | egypciorum D | sepulcris D | ortatur D | eum] eos C | collocarent CD | sepulcrum D | ab ioseph] ad ios. D | depraecantur $\Theta^{A\dagger}$; deprecatur Θ^{A*}; *om.* D | quum Θ^{A2} | illis Θ^{A*M}D | *addunt* expliciunt breues Θ^{A} — expliciunt capitula libri genesis Θ^{M} — expliciunt capitula CD.

Cod. Q.

38. reuertuntur. expliciunt capitula libri bresit id est genesis.

Codd. ΘAMCD.

sacramenta praesagat ne in Aegyptiorum sepulchris poneretur et filios hortatur ut eum conlocarent in sepulchro maiorum emissoque spiritu aromatibus curatur atque eius corpus ad terram Chanaan deportatur et fratres ne ab Ioseph uicissitudinem sceleris reciperent deprecantur Ioseph moriens fratres suos iuramento constringens ut cum illos visitatio divina respexerit eius secum ossa portarent.

Cod. Q.

et sepelitur; filii eius in Egyptum revertuntur.

7

SERIES *G*

Forma a	*Forma* b	*Forma* c
Cod. M.	*Cod.* A.	*Cod.* z.
I. Opus Dei factum sex diebus et septimo requievit.	I. Opus deificum sex diebus et septimo requievit.	(1). Opus deificum sex diebus et septimo requievit, perfecto omni ornatu celi et terre.
	II. Adam posuit Deus in paradiso ut operaretur.	(2). Adam posuit Deus in paradiso ut operaretur et custodiret illum.
II. Adam cunctis animantibus nomen imposuit, inspirante Domino, sed et Aevam de costis eius productam adduxit ad Adam; qui erant uterque nudi et non erubescebant.	III. Adam cunctis animantibus nomina inposuit, sed Evam de costis eius productam adduxit ad Adam.	(3). Adam cunctis animantibus nomina inposuit.

Cod. M.
Incipiunt capitula libri genesis.

Cod. A.
Incipiunt capitula libri genes(is) | 3. eua ... producta.

Cod. z.
2. illam.

Cod. M.	*Cod.* A.	*Cod.* z.
III. Serpens seduxit Aevam, scilicet ad gustum non cibi sed inoboedientiae.	IIII. Serpens qui seduxit Evam scilicet et Adam ad gustum non cibi sed inoboedientiae.	(4). Serpens qui seduxit Evam.
IIII. Adam procreavit filios.	V. Adam procreavit filios.	(5). Adam procreavit filios.
V. Instigante adverso, Cain occidit Abel fratrem suum, et generatio Cain oritur.	VI. Instigante adverso, Cain occidit Abel fratrem suum, et generatio Cain oritur.	(6). Instigante adverso, Cain occidit Abel fratrem suum.
VI. Item genuit Adam Seth et cuncta generatio eius subsequitur; hic constituit offensus Deus annos hominum centum viginti.	VII. Item genuit Adam Seth et cuncta generatio eius subsequitur. Hic constituit offensus Deus annos hominum cxx.	(7). Item genuit Adam Seth et cuncta generatio eius.
VII. Penitet me, ait Dominus, fecisse eos super terram prae malitia hominum.	VIII. Paenitet me, ait Dominus, fecisse eos super terram prae malitia hominum.	(8). Penitet me, ait Dominus, fecisse eos super terram.
VIII. Hae generationes Noe cui et dixit: te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Praecepit etiam ut faceret arcam propter diluvium; hic etiam promittit ne ultra percutiat facturam suam praecepta tradens Noe et semini eius modum legis.	VIIII. Hae generationes Noe cui et dixit: et enim vidi iustum coram me in generatione hac. Praecepit etiam ut faceret arcam; etiam promittit ne ultra percutiat hominem praecepta tradens Noe et semini eius modum legis.	(9). De generatione Noe.
VIIII. Arcus foederis qui dum apparuerit in caelo recordabitur Dominus transacti diluvii quod ultra non erit, ait Dominus;	X. Arcus foederis qui dum apparuerit in caelo recordabitur Dominus quod ultra non erit, ait Dominus; et generationes	(10). Arcus foederis qui dum apparuerit in celo recordatur Dominus transacti diluvii.

Cod. A.

4. gustu | 9. haec *1 m.* | arca | 10. aparuerit *1 m.* | intercades *1 m.;* in terra cades *2 m.*

Cod. z.

6. aduersum | 7. generatione | 10. quo.

Cod. M.	*Cod.* A.	*Cod.* z.
et generationes filiorum Noe: Sem, Cham, Iaphet; natique sunt eis filii post diluvium; ab his divisae sunt gentes in terra post diluvium.	filiorum Noe; natique filii post diluvium; ab his divisae sunt gentes in terra post diluvium.	
X. Turris quam temere instruxerunt habitatores terrae in terra Sennahar ubi ad videndum descendit Deus. Generationes Thare qui genuit Abram et Nahor et Aram unde oritur Israhel. Principium sermonis Domini ad Abram.	XI. Turrem quam temere extruxerunt habitatores terrae in terra Sennaar ubi ad videndum descendit Deus. Generationes Tharae qui genuit Abram et Nahor et Aram unde oritur Israhel. Principium sermonis Domini ad Abram.	(11). Turrem quam temere statuerunt habitatores terre.
XI. Abram facta fame in terra Aegypti abiit ut peregrinaretur ibi; qui propter uxorem suam bene habitus est a cunctis.	XII. Abraham facta fame in terra Aegypti abiit cum uxorem suam.	(12). Abraham facta fame in terra Egypti.
XII. Abram et Loth ascenderunt de Aegypto diviseruntque se ab invicem. Abram habitavit in terra Chanaan et Loth in Sodomis.	XIII. Abraham et Loth ascenderunt de Aegypto diviseruntque ab invicem. Abraham habitavit in terra Chanaan et Loth in Sodomis.	(13). Abraham et Loth ascenderunt de Egypto.
XIII. Abram expugnatis regibus reduxit Loth fratrem suum cum substantia sua.	XIIII. Abraham expugnatis regibus reduxit Loth fratrem suum cum substantia sua.	(14). Abraham expugnatis regibus reduxit Loth fratrem suum cum substantia sua.
XIIII. Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum occurrit.	XV. Melchisedech rex Sale proferens panes et vinum occurrit.	(15). Melchisedech rex Sale proferens panem et vinum.
XV. Abram promittit Deus filium habiturum Isaac.	XVI. Abrahae promittit Deus filium habiturum.	(16). Abraham promittit Deus filium Ysaac.

Cod. M.
9. diuise.

Cod. M.	*Cod.* A.	*Cod.* z.
